



I.

Theologie.

323.

- 1 Erasmi paraclisis
- 2 Melancton epitome
ecclesiastica doctrina
- 3 ————— loci com-
munes.
- 4 Erasmi spongia
- 5 Hutteni expositio
cum Erasmo

VLRICHI AB HVTTEN

Cum Erasmo Roterodamo, pres-
bytero, theologo,

EXPOSTVLATIO

A priore deprauatione
iudicata iam.

OTHONIS BRVNfelsii

Pro Vlricho Hutteno defuncto, ad
Erasmi Roter. Spongiam,

RESPONSIO.



N^o 6565 *

UNIVERSITÄT SACHSEN-ANHALT

Landesbibliothek

LEIPZIG

1871

1000

UNIVERSITÄT SACHSEN-ANHALT

Landesbibliothek

LEIPZIG

1871



VLRICHVS HVTTENVS
EQ. V. D. ERASMO
ROTTERODAMO
THEOLOGO
SAL.

RECTE TANDEM IN-
telligere cœpisti Erasme, & me ferre dolētissī
me, & cōmunes nostros amicos sic sentire, factū abs
te iniquissīme, quod cum essem Basileæ superioribus
diebus, a colloquio repulisti. Ob idq; excusare puto
id factum uolēs, primū apud quosdā uarie id egisti,
nunc in Epistola ad Laurinū quendā, quam Basilea
mittunt ad me necessarij mei typis quoq; excusam,
miro quodam figmēto uteris. Sic enim scribis. * Fuit
hic Huttenus paucorum dierum hospes. Interim nec
ille me adiit, nec ego illum. Et tamē si me cōuenisset,
nō repulissēm hominē à colloquio, ueterē amicū &c.
Et post ea. Sed quoniā nec ille, ob aduersam ualētū
dinem, poterat ab hypocaustis abesse, nec ego ferre,
factum est, ut neuter alterum uiderit. Quid hoc quæ
so commenti est? Quæ fabula? Hoc fuit in causa,
quo minus coiremus? Nec tu deprecatus es à me sta-
tim, urbem ingresso, ne te inuiserē, quod hoc fieri nō
posset citra inuidiā, quā me non deceret grauari amī-
cum? Quæ so, siue leuiuscula res est, ut quidē uideri
potest alicui, qd editis monumētis amoliri eius abs-
te inuidiā dignum ducis? siue talis, ut tuam ibi quan-

EXPOSTVLATIO

dam culpam agnoscas, quomodo audes in re omnib.
 nota fingere, & ab ambagib. defensionē mutuari?
 Ego uel per ualetudinem, uel aliter, ab hypocaustis
 uel tantillum abesse non potui, ut te semel, aut iterū
 conuenissem, per dies plus quinquaginta, quos istic
 substi, qui saepe in medio foro, totas treis horas, cō
 fabulantes amicos sustinui? Hoc est tua dignū gra
 uitate, rei manifestæ falsum induere colorē, & uana
 specie uerum adumbrare? Atq; baud scio, an ægrius
 hæc me babeat nunc uas frities tua, q̄ ipsum factum,
 quo me tractas inciuilissime. Odi em̄ natura fucum,
 sinceritatis amicus. Neq; usquam magis offendor,
 quā ubi non uere, neq; ex animo, agi mecum uideo.
 Sed fore nō putasti, ut in disceptationem nibili rem
 mitterem: itaq; de me securus eras, ne ut iniuriā ex
 postulare, alijs opinionē de te inhumanitatis exi
 mere uoluisti. Ne tu si hoc sentis, baud recte me no
 sti. Ego non uebementis iniuriæ loco babeam, male
 tractari ab amico, cui mea semp cognita fides, mea
 perspecta beneuolentia, & quicum deinde nulla inter
 cessit offensa, cuius qdē uel tu me arguas, uel ipse cō
 sciū mibi sim? Audes tu uero negare abs te repulsi
 cum scias, quibus te ibi testibus conuincere facile ba
 beam? At intantum non putasti, hoc futurum unq̄
 curæ mibi, ut ueritus non sis quiduis hic cōmisci.
 Mibi uero curæ inprimis semper fuit, ut sancte ami
 citias colerem: neq; aut fugi ullum magis crimen, q̄



HVT. CVM ERASMO

male tractationis ab amico postulari: aut contra ali-
 quam ægrius indignitatem tuli, quam ab aliquo ibi
 fraudem mihi fieri. Scias igitur, acerbissimum hoc
 mihi abs te contigisse. Quid nū? Qui te & tua prædi-
 catione, & mea conscientia, aliter non, quæ ueluti reli-
 gione quadam contactus, reuerentissime semper colui,
 hunc tu dignū non existimas, quicum sermonē so-
 cies. Qui per omne hoc tempus, quo fuit inter nos
 amicitia, sic feruide illam colui, ut nemo adhuc inimi-
 cus tibi contrigerit, contra quem non statim inimici-
 tias ipse quoque susceperim, eum tam leuiter amicum
 habes, ut ob tenuissimā a pessimis hominibus suspi-
 tionem abs te excludas. Quid dici potest inciuilius?
 Quid bis indignum magis studijs? At tui rationem
 habere te ibi oportuit: ne si me admitteres, periculo
 esset id tibi. Puto enim, uni tibi intentos esse Curti-
 fanos, ac sedulo obseruare, num quid mecum habeas.
 Et cum tot per Germaniā ciuitates publice, tot pri-
 uatim boni uiri, nullo neque periculi, neque inuidiæ me-
 tu, optima fide hospitium Hutteno exhibeant, solus
 Erasmus est, qui & periculum propositū habeat, &
 inuidiam sustinere haud possit. Non uideo quemad-
 modum uel illud sit, uel hoc te deceat. Nam neque ex
 tot amicis, unus aliquis adhuc propter negotiū Cur-
 tisanicū alienatus a me est, aut uitandū sibi etiā pu-
 tauit: neque satis causæ tibi est, ob eius quæ inde ori-
 ri potest inuidiæ metū, excludere a colloquio amicū.

EXPOSTVLATIO

Poteras, si nuper sociâ mecum arma coniunxisses, in partē discriminis uenire. Cui ob admissum colloquū inuisus esse debeas, haud scio. Quem ego uero amicum, etiâ cum res minus inuidiosas agerē, piculi participem mihi esse uolui? Nonne Capnionis defensionem, ad ultimum usq; illius uitæ diem, sic exercui, ut ut illū iuberē uitare me; atq; ita uersatus in negotio fui, ut à me semp deteriora, quā ab ipso illo expectare inimici ei⁹ habuerint, etiâ tulerint: cū ipse interim sancte iurare posset, se iscio fieri, quæ illi à me cōmissa querebātur? Quare etiâ, quo fidē illis nō cōmunicati secum cōsiliū faceret, passus sum admoneri me, nequid pro se conarer: cum ego meum me ibi negotium agere dicerē, nullius alterius, nec prinere ad Capnionē, quæ ego facerē, sed mea causa, meoq; fieri periculo. Itaq; nunq̄ habuerunt à me pacē scelerati, etiâ cum ab illo habebāt. Quo ego q̄scēte, aut aliud agēte, sat odiose iterim afflixi illos. Sed qd hæc ego, quasi meorum ostētator, apud te, q̄ in tuas prius literas retulisti testimonium de me, id ip̄m cōmendans, q̄ præter meipsum neminē inuidia grauare soleam? Qui neminē igit̄ solitus sum, te uolui, quo sanctorē amicum nescio an quenq̄ habuerim? Aut ego si piculum esse tibi cogitassē, petere colloquium, uel etiâ admittere uoluissē? Nō uoluissē, profecto non. Sed uoluptate me ibi illa, quam nunq̄ non cœpi congressus tibi, defraudassē. At uero q̄s credat ita feroces

HVT. CVM ERASMO.

subito factos inimicos meos, ut leuia hæc persequi in
 animum inducât, quos in grauiorib⁹ cessare hacten⁹
 uidi? Quin etiã ut quod sentio dicã, uerisimile nõ est, tu
 te moliri aliqd mea causa, qui ipsum me negligunt
 cõtẽmptrissime. Quanq̃ ut haud temere suspicatus ita
 sis, quid p amico faceres tu, qui inuidiã quãtumuis
 leuem capere negas? Aut quid in te spei mihi fuerit si
 quãdo inualescẽte inimicorum potẽtia, eo fortuna no
 cauerit, ut accisis reb⁹ cogar oim opẽ atq; auxiliũ im
 plorare, cum integris adhuc cõgressum quoq; subter
 fugias? Vel credibile est, psequẽtib⁹ inimicis, aliqua
 in re adiuturum, cui qescẽtib⁹ iãdum cõueniendi tui
 copiam nõ facis? Interim senatus urbis data publica
 fide, hospicio lætus accipit, hospitale quoq; mun⁹ of
 ferẽs, ipsi magistratus alius super alium reuerẽter ad
 eunt, multi oim ordinum quasi certatim irruẽtes inui
 si sunt. etiã ex inimicis quidã redeunt in gratiã: sol⁹
 Erasmus clausum se domi tenet, metuẽs in dubiũ fu
 turum datã Ro. Põrifici fidẽ, si is resciat sermonẽ cõ
 tulisse cum Huttano. Quã alia eni, si hæc causa non
 est? Nisi forte metuisti, ne propter frõris imbecillita
 tẽ haud posses ferre cõscientiã, qn banc eminẽtib⁹ in
 uultu notis proderes, si quãdã ego corã tecum expo
 stularẽ, ut expostulaturus certe erã. Neq; tu ignora
 bas, quid me ægre abs te haberet, meo primum nomi
 ne, quẽ in tuis scrip̃tis sat odiose notaueras. Deinde
 Capnidis nup uita defuncti, quẽ foedissime sugillatũ

EXPOSTVLATIO.

ignominia & dedecori, quantum in te est, exposuisti. Præterea de Euāgelico & libertatis negotio, in quo acceperā quorundā relatu, haud pinde ac olim uersari te, sed uel aliter sentire, uel si idē sentias, aliter tū loqui admonere uolebā. Forte & alia afferēdā cōplura, sed quorū nihil non erat in rem utriusq̄, cū mihi occurrit ipso statim die, quo Basileā ingressus sum, cōmunis noster amicus Hēricus ab Eppēdorfeques, qui me tuis uerbis salutauit primū: deinde petijt, ne te, postq̄ illo uenissem, inuidia grauarem. Id ego cū minime intellerem, quale esset, ait tādē, hoc petere te, ne tuam domū aduētarem. Timere te enim, ne fraudi tibi sit, apud inimicos meos, si nos conuersatos audiāt. Hic me & si mi sere admodū exacerbabat animi morsus, multa tamē donabam & tuis uirtutibus, & nostræ amicitiaē, et hominū passim opinionē, nibildū cōpertum habens, decreuissē iam hostilia te, & paratū habere domi telū, quod in ueri assertores, & libertatis uindices eiacularis. Itaq̄ distuli p̄ literas agere tecum, si tu forte cōuersus animo, accersitū ed te audire sustineres. Quo te ut pronocarē, sēpenumero p̄ter domū tuā, ubi nihil tū negocij mihi fuit, cū amicis deambulauī: neq̄ dubito, qn sic oberrantē plus semel uideris, Contigit deinde abire me, celerius quā cōstituerā, cūq̄ hic decreuissē reliquū hybernare, idq̄ amicis istis, ut p̄pe Basilea est, inotuisset, cōpersit alij p̄ literas, ut sit, colloqui: alij facto itinere

[H. V. T. C. V. M. E. R. A. S. M. O.]

etiam iniisere. Quorū relatu, cum forte sermo inci-
 disse, cognoui, quæ soleres in Lutherū, & illi fauen-
 tes, cottidie differere. Et quod nihil dissimulater mi-
 nareris calamū quoq; nobis, & solidos adeo libros,
 quibus sectā banc percelleres. Quæ mihi res suspici-
 onem mouit statim, nōnihil esse, quod prius monui-
 sent aliqui. Et tamen cōtinui me, cū nudius tertius ar-
 bitror, affertur huc illa prius à me commemorata ad
 Laurinum Epistola, plena odiosæ in sectatiōis, & ex-
 professo testis cōmutati in diuersissimū tui animi,
 uel si is constet, susceptæ simulationis, ut gratificeris
 ijs, q; te, nisi inimicus nobis sis, ferre amicum nō pos-
 sint. De fixit me ibi admiratio quædam, ad stuporē
 usq; cœpiq; fremēs mœrensq; agitare mecum, quid
 tandem esse possit, cur tu, qui Ro. Pontificem nuper
 in ordinem redigebas nobiscum, ipsam Romam sce-
 lerū ac improbitatis sentinā, uindice calamo increpa-
 bas, bullas ac indulgentias detestabaris, cærimonias
 damnabas, curtisanicam exigebas, Ius canonicū &
 pontificū scita execrabaris, in summa, uniuersam illi
 us status hypocrisim seuerissime profligabas, is nūc
 retro actus, cōtraria sequaris, & cum hostili parte so-
 cietatē in eas. Hoc sollicite admodum agitantī mihi,
 multa diuise occurrerunt, quæ esse in caussa cōiecta
 re liceret, cur tu sic ab te ipso discessisses. Illa primū
 inexplēbilis famæ sitis, gloriæ auaritia, qua te ferre
 negāt succrescentē tibi alienā uirtutem, deinde animi

EXPOSTVLATIO

imbecillitas, quæ mihi semp in te, ut tua indigna ma-
 gnitudine, displicuit, ut te illorū minis ac terrore co-
 actum crederem. Sed dum intentius ad huc consyde-
 ro, uisum est neutrum horum satis esse, ad hoc, quod
 inquirebam. Neq; enī ſi Luthero inuideres, quod
 is iam in ore est omnibus, quodq; eius libri habētur
 passim in manibus magis pene quam tui, exq; eo de
 uictis aliquā præsumeres tibi laudē, aliquod decus,
 sic arbitrabar persecuturum fuisse eam, uel inuidiā,
 uel ambitionem, ut totā statim causam, quæ nec il-
 lius propria est, nec ab ipso primum agi cœpta, oppu-
 gnares, sed habiturum rationē tibi, primum tuusius
 qui hæeres defixis hic pe lib. deinde multorum cla-
 rissimorum atq; optimorū uirorum, ad quos multū
 ex hac re pertinere haud ignorares. Neq; item, si illo-
 rum forte minis concessisses, tantum potuisse feroci-
 tatis sumere, ut quos amicos habuisses pauloātē, in
 eos tam inclementer subito insurgeres. Et uerisimile
 non uidebatur, ab hostili terrore, tam repente contra
 suos quempiā efferari. Nam te acerbum q̄ immittē
 uideo tibi. Interim nec illud persuaderi potuit, quasi
 melioribus inuentis, sic te dīnare pristina, et agnito
 instituti errore, ab ipsa cōsciētia imposta tibi, non
 diuersa tantum sentiendi, uerum hæc etiā pro uirib.
 retractandi q̄ improbandi necessitate. Nam hoc si
 esset, nec insectaturum fuisse auctores, quibuscum ni-
 bil non eorum quæ obijcis cōmune tibi est, q̄ uisurū

HVT. CVM ERASMO.

rationibus quas affers omnino nullas, neq; id cona-
tum, quæ prope summa tibi in eo scripto lucta est, ut
opinionē aduersarijs facias, nunq̄ aliqd contra ipsos
te attētas, & quæ planissime simul atq; acerrime
scripta sunt, coacta interpretatiōe lenias, nonnunq̄ il-
lito etiā fūco obtegas, uerum satis habiturū errorē
fateri, & culpæ ueniā precari. Igit̄ aliud subiit, num
tu forte munera accepisses, aut ad bonorē aliquē re-
spiceres. * Indebant eā cogitationē quæ tu ipse cōme-
moras, de illo magnifico Adriani Pontificis Breui,
quo nullū accepisti adhuc uel amātius uel honorifi-
centius, adeo, ut te ibi laudet etiā. De Sedunensi Car-
dinale, qui pollicit⁹ tibi est, si Romam migres, quin-
gentos annue ducatos de suo, & uiaticum munifice.
De reuerēdo patre Syluestro Prierate, & alijs qui-
busdā, qui te & ipsi magnis conditiōibus Romā uo-
cant, inter quos unus quidā sacerdotium nō aspernā-
dum offert, cessurus quādo uoles. et cum scribis, inui-
ria clamare quosdā, præda corruptum te ueri patrocī-
nium deserere. Nā si præmijs ad hoc bellum pertra-
hi potuisses, iā olim pertractum fuisset. Hæc nemini
nō possunt suspitionē facere, accepisse aliquid, cui to-
ties oblatum sit. Facile enim credimus, quo quis plu-
rimum sollicitat⁹ est, eo tandē cōsentire. Et plerunq;
crimen sollicitius qui excusant, criminis suspitionem
contrahunt, Quæ & si non parui momenti esse debe-
ant, alia tamen obstitit cogitatio, qd̄ nō capiebam,

EXPOSTVLATIO

quemadmodū tu, & satis iam habens, & id ætatis,
 ut in futurū paucissimis indigeas, adduci potuisses,
 ut flagitiosæ largitioni corrupendū te præberes.
 Tandem ex multis unum cōflaui decretū mihi, ut
 obstinare scētiam, hac uia ingressurū te illuc. Primū
 per illam animi paruitatem, qua omnia facillime ti
 mes ac desperas, adeo diffisum rei huius progressui,
 præsertim sumos in Germania Principes, frequen
 tissimos cū uideas aduersum nos conspirasse, ut sta
 tim putaueris, tibi non tantū nos deserendos, uerum
 etiā illorum gratiam modis omnib. esse ambiendā.
 Deinde cū gratissimis illi animis ad sese acciperēt,
 etiam ut officiosum collaudarent, ac fidem esse dice
 rēt, cœpisse arridere negotiū tibi, non ausum tamen
 cōfidere illis, nisi aliquo pri⁹ officio te cōmendasses.
 qua inita ratione, optimū factū putasse, quia tanto
 pere quærerēt illi idoneum quempiā, in Lurberanos
 qui scriberet, ipsumq; te diu iā eo inuitaret, eam tibi
 prouinciam desumere. Sic uictum fuisse, & metu pœ
 næ, si superare illos cōtingeret, & spe gratiæ, si ante
 infelicē rei exitum, in deditiōnē uenisses. Nam quod
 sic alacriter primo statim tumultuaris, eius banc cōij
 cio causam, quod h̄s te minis speres infracturum nō
 stros spiritus, & ad deditiōnem compulsurum ipsos.
 quod si perficias, tum te nō securum modo in poste
 rum, sed ingentē quoq; futurū, ac singularis cuiusdā
 gloriæ compotē. Si ulla, hæc profecto tua ratio est.

HVT. CVM ERASMO.

& si est, tum uehementer inbeo sollicitum esse te, ne
 fallat ea. Nam si aliter cesserit, nō possum nisi infatu-
 rum aliquid, & miserū augurari. Quod uidere iam
 ante te oportet. In ea es ætate, quæ neq; de re in futu-
 rum familiari sollicita esse debet, neq; mortē timere,
 aut ad gloriā animū intendere, sed quā cōuenit omi-
 um iam securā, ueluti lætū confecto prope itinere uia-
 torem, id quod restat ingredientem, omnem asperna-
 ri plausum, omnes triumphos contemnere. Hic tu nō
 uam sic captare uelis gloriā, ut cōtra animi senten-
 tiam, istis gratum facere mundi dominis baud dedi-
 gneris? neq; id uidere, quā te indecore bis iactes cor-
 natibus? Non mouere te autem debet is, qui nunc est
 rerum status. Ipsi illi, qui te prece nunc & precio ad
 se traducūt, cū sint potētissimi, neq; hoc profecto fa-
 cerent, neq; sic anxie de nobis consultarēt, nisi aliquē
 sibi ingētis periculi casum prospicerent. Quod in illis
 cum uideas, quid tibi, cui inde spes depēdet, cogitan-
 dum existimas? Fragilem semper spem propositam
 habuerūt, qui a fortuna & rerum euentu consiliū cœ-
 perunt. Sed hoc ego fama potius nominis tui, quā ca-
 pitis discrimine metior. Etsi non uacat tibi quoq; me-
 tu animus. Tamen ut in tuto uita sit, hoc certum est,
 atq; etiam magis curandum, famæ periculū. Et quā
 multos esse putas, qui tēporale hoc tuum ingenium,
 aliquot iam annos & nō scūt & auersantur? Quia ta-
 men in leuibus aliquādo rebus uariabas, ob insignes

EXPOSTVLATIO

alioqui uirtutes tolerandum duxerunt. Hi cum uide-
 bunt, in tāto nunc negotio affectibus cedere te, quam
 nō indignationem capient? Alij uero, qui in optima
 semper de te opinione, nullā doli suspectionē concepe-
 runt unquam, nullam leuitatis, aut simulationis, cum
 uidebunt sic decumbere, ut ferent? Nōne ut magnifi-
 ce quisq; locutus ante est, ita contemptim nunc expu-
 est? Quod utinā praeuenire mihi licuisset. Nihil unq̄
 libentius, quam tali te malo imminente exemissem.
 Nunc uereor ut possim consulere, nimium progres-
 so. Certe uellem, & si ignorem, an mea ibi affectio
 grata tibi accidat, praesertim cum & in uniuersum
 agas, & nominatim ipsum me flagelles, & quos ca-
 ros habeo, odiosius quā ferendum amico sit tractes,
 contra, qui capitaliter inimici sunt, laudib; in caelum
 feras. Quae de re, quia prima fuit, quam exostulare
 tecum uolebam, nimis longum distuli. Itaq; paucis
 peragā prius, quā de Lutherana calumnia psequar.
 ut si tu hoc non uideas forte, aut min; consideres, an
 te oculos ac in mentem ponam tibi, quemadmodum
 & amicos & inimicos habere soleas. Praetereo le-
 uiora. Sic scribis in quadam ad Hochstratum Epi-
 stola. Casu nactus sum in aliena Bibliotheca iacen-
 tem libellum quendam, habentem epistolas aliquot,
 magna libertate stomachantes in R. P. tuam. Pri-
 ma ni fallor erat Capnionis. altera clariss. Comitiss
 à Noua Aquila. tertia Buschij. quarta Hutteni.

H V T. C V M E R A S M O

* Harum omnium amarulentia nullo pacto ferre potuissem, nisi scripta prius ea legissem, quibus ad hanc imtemperiem uidebatur efferati. Eas igitur non simplici cum dolore legi, nunc illorum, nunc tuam uicem in gemiscens, subinde metuens, ne bonis & æquis uiris, tam acerba conuicia, non omnino in immerentem contorta uiderentur &c. Igitur quedam nunc est efferata intemperies, mea in Hochstratum comotio, qua solebas nocere æquam & dignam, sed magis adhuc piam? Et hoc metuis, ne in Hochstratum a me scripta, aliquo illi merito scripta uideantur? Quasi nec tale quicquam is meruerit, et ego ficta, uana, ac falsa comminiscar. Quod si sit, tum hæc ipse ego sententiam tuleri, magis dignum esse neminem, quam Germania eijciat, quam Huttenum, hominem ficto mendacio bonos uiros calumniantem, & in immerentes efferata stili uirulentia debacchantem, si non sit, cum is animus mihi est, ut in neminem malim acerbissimam uindictam expetere, quam qui tale tam tetrum crimine, tamque odiosum, innocenti mihi imposuerit. Ego a nullo magis flagitio semper abhorruim, quam mendacio. neque detestabilius quicquam duco, quam non simpliciter, ac optima fide, & loqui & facere omnia. & a puero usque studui, ut sincere uersarer & candide. Quæ me etiam res (evidentissime sensi hoc) magis, quam ulla alia, passim commendauit. Quippe inuito banc mihi, tam graui iniuria, extorques iactantiam.

EXPOSTVLATIO

Itaq; cū in principes quoq; uiros scripserim, nihil me
 hactenus tutatum est, quam quærū scripsisse cōsta-
 bat & bona de causa. Habentur in manibus luctu-
 brationes meæ, animi indices: non fugio iudiciū, si
 quod ubiuis in quenq; mea positum fraude, mendaci-
 um reperietur. Quinetiā non parcāt Germaniæ Prin-
 cipes mihi, nec ab ulla supplicij atrocitate abstineāt,
 si unquā fuero istiusmodi criminis conuictus. Iam
 hoc a me ipso pronunciatū & contestatum esto. Neq;
 non sunt, qui studioso alioqui uestigent, num quid
 usquam sit, cuius occasione in iudicium proerabant.
 Qui siquid inueniāt, quam facile oppreserint, cum
 tam sint præterea infensi? Quod si homines ibi fallo,
 tum me, cui cognita & p̄specta sunt omnia, cœlestis
 pater cōterat ac dissipet, neq; propitijs unq; sit, siqd̄
 in quenquā sciens uolensq; mendacium consciui. Tu
 quoq; solebas integritatem & cādorem tribuere mi-
 hi, & nisi decreuisses, per occasionem indecētissime
 assentari Hochstrato nūc, obnixissime certo scio exi-
 stimationē hic meam defenderes. quod a nemine cre-
 di uelles, tale in meū animum flagitium cadere. Sed
 ut cadat, cui tandem in Hochstratum mētiri necesse
 est? Vel quis cum scribere uelit in hominem flagiti-
 orum mole obrutum, maximisq; coopertū & cōtami-
 natum sceleribus, imprimis profligatæ cōscientiæ, et
 animi ad quiduis audēdū prompti ac præcipitis, sin-
 gendum sibi ad huc, aut mentiendum duxerit? Ve uim

HVT. CVM ERASMO.

hæc ut omnibus nota affero, a te uero quod habet te
 stimonium illa belua? Non quero in istis nunc adula
 tricibus epistolis, sed in auribus optimorum uirorum
 quero, quid de illo sæpe pronunciaueris? Muta fron
 tem, ac ruborẽ indue, si pudoris capax es. Tu solebas
 qui hoc laudas scelus nũc, exclamare, hanc esse ab ira
 tis Superis inmissam terris pestem, quæ literas ac in
 genia conficiat. Hæc esse calamitosam optimorũ stu
 diorum uastitatem, ac perniciem. Hoc inmite omnis
 humanitatis exitium. Hanc illã esse facem, qua illud
 exarsisset hoc tempore incendium, unde periculũ sit,
 ne conflagrẽt omnes recte studiosi. Ob idq; cui non
 fuisti auctor, acerrime illum insectandi? Quem non
 hortatus es, in hunc ut stringeret calamum? Hic ego
 antẽ, quod nescio an alij itẽ facturi sint, humanitatis
 duco, non proferre quæ ad me scripsisti. Neq; opus
 fuerit. Tua audita uox est, hunc oportere extinctum
 esse malorum fontem, qui totã Germaniam odijs &
 simultatibus, dissidijs & conflictationibus inundet,
 aliquãdo cædes quoq; et parricidia emissurus sit. Eo
 opus aliquo esse Hercule, qui hanc cõficiat hydram,
 hunc e specu ad pœuam Cacus protrabat, Ea tũc fu
 it ratio, nũc est alia animi inclinatio, Nunc palpãdus
 Hochsiratius tibi est, ppitius ut sit, Quid ad me? Ve
 in gratia sis tu apud unum quẽpiam, me omnium sub
 ire decet odium? Aut is ego sum, quem, ut tu malis
 placeas, bonorum inuersionem capere nihil refert?

EXPOSTVLATIO

Quin istam temperas lenitatem tibi, & quid de quo scribas pensi habes. Nā prædictum hoc memineras, noli posthac mea ex infamia, adulationem tuā struere. Qui nisi (quod multum apud me ualet) is es, cuius magno hic adminiculo erectæ sunt literæ, & excitata bona studia, p̄ quæ & multi in Germania cotridie proficiunt, & ego me creuisse libenter fateor, inuentū haberem consilium, quo uicem in te meam ulciscerer. Nunc maioris apud me tuæ uirtutes, tuæq; merita, quam mea ab eodē iniuria, meus dolor, momenti sunt. Tu modum tamen fac. Interim & tui de coris habe rationem. Quid enim indecorum magis, teq; indignius, quam talis in Hochstratum cū sis, ac esse te debere intelligas, publice tamen ut frugi alique, sic portentum illud cōmendare, idq; amicorū cum inuidia? Simulandum inquis est pro tempore. Ego quidem haud puto, neque ulli christiano, neque multo magis docto, & Theologo. Etbicus quoq; scriptor simulationem in amicitia damnat. tollit em̄ inquit iudiciū ueri, idq; adulterat. Tanto minus qui tuus est status, simulando ac dissimulando cōuersari hominibus te decet. Nos omnia dura et aduersa facere ac pati. ut consistat libertas, par est: tu necubi offendas, ne suspicionem quidē ut labores, id uidentū est omnib. Si uictoria sequeretur hos conatus, nemo uti mallet: cum quid imminet periculi, non uereris, etiam amicis simorū cum insectatione declinare. Quale est,

HVT. CVM ERASMO.

quod reuerendo illi patri probare te studens, iracundum in Lutheranos pugnū stringis. Sensi ilico ais technā quorundā, quos ego sane nescio, quo nomine debeat appellare, nonnulli Lutheranos uocant, uidelicet hoc agentū, ut me hominē simplicē et credulū, in Iacobū Hochstratum irritarēt, & o callidū cōsilium exclamas. Imo o callidā tuū Erasme figmentum, parumq; candidū & liberale in his ingenū. Nisi apud Holandos tuos hoc est isti flagitio nomē & soli populares tui simplicitatis appellatiōe fraudē denotāt. Nos sparsimus rumorē, Hochstratū libros tuos combussisse. Quæ tandē uerecūdia est theologorū doctissime, scientē te prudentēq; falso bonos uiros crimīari? Appello conscientīā tuam, dic quid huius scias, et cōpertum habeas. Nonne hoc norunt omnes, et loqui audent, illo tempore nequaquā dissimulante publicis in concilijs egisse Hochstratum, ut p̄ hæretico arriperet te, tuosq; libros ut doctrinam hæreticam publice concremaret, atq; ei conatui unam in mora fuisse nostram in tuōdo Capnionē industriā. Illud em̄ iudicium cum peregisset, tum te parabat inuadere. Quæ res cum tunc in omnium ore esset, quam facile oriri fama potuit, effecisse iam illū quod destinabat? Hæc uero nos tandem fingere quid attinebat? ut me in Hochstratum, inquis, concitaretis. At tunc neminē purabamus concitatū magis, illiq; magis insensum. Sed ut fuerit hoc nobis p̄positū, lucrifacere te, ac in

EXPOSTVLATIO

partes trahere, quomodo hac uia facile potuiffemus,
 cum certum fuiffet, nihil nisi cognita re uera ausu-
 re, uel in illum, uel in quenq̃? Nisi tantū ab Heluetijs
 abest Brabātia, ut sperauerimus toto anno nō habi-
 turum inde nuncium te. Apagesis hanc aliū in orbē
 simplicitatē tuam. Alios fert mores nostra Germa-
 nia. Olim similis cognita tua fraus est, sed in reuerē-
 tiam tui, conuenientibus nobis, ac in posterum melio-
 ra sperantibus abijt ea tunc, nec in postulationem ue-
 nit. Fuit autē huiusmodi. Cū natæ essent obscurorū
 epistole, maxime omnīū laudabas & applaudebas,
 autori prope triumphum decernebas, negabas unq̃
 excogitatam, compēdiosiorem illos insectandi uiam,
 hanc demum optimam esse initam rationē, barbāre
 ridendi barbaros. Itaq̃ gratulabaris hāc nobis felici-
 tate. Et cum nōdum excusæ essent nugæ, tua manu
 quasdam describebas, ut amiculis (inquiens) meis in
 Angliam & Gallias mittā. Paulo post cum uehemē-
 ter cōmotam cernerēs uniuersam Theologistarū col-
 lusionem, ac furere ubiq̃ irritatos crabrones, & per-
 niciem deminari, trepidare mox cœpisti, & ne qua
 in te suspitio daret se, quod uel autor ipse esses, uel in-
 uentū certe probares, scripsisti Epistolam eodē illo
 candore tuo Colonia, qua uolebas præuenire famā,
 ac omnino præ te ferebas, quasi qui illorū doleres uicem,
 & cui ualde displiceret res, multa interim & in
 ipsum negotium, & in autores increpans. Hoc tum



HVT. CVM ERASMO.

inimicis nostris telum dabas cōtra nos acerrimum. Sed erat hæc animi tui imbecillitas, quæ constantem esse nō sinebat. Igitur utcūq; ferebant homines, statim inuidiam exercere aggressus es, ubi amici morte nobis adempti nuper defensionē prætermittere haud quāquam possum, præsertim ignominia quoq; & dedecore insontem cū perfundas. Is est Capnion, uir, cū uiueret, & eruditioe clarus, & innocentia tota uita admiranda. Sed hæc ita in illo erāt, ut ab alijs tribuerentur magis, quā ab ipso agnosceretur. Nescio an tibi uisus sit nimium ab amicis coli, certe inspectat es, cum te ipse amaret impēsissime. Et primum quidem hoc, fecisti leuiter, sed tamē ubi neq; decebat te, neq; res ferebat. Nam quis omnium, qui nunc uiuunt, & Ebraice, sciunt, ferendum te censet, cum minūda uiri magnitudinis (quæ te urebat) causa, quadā in Epistola, præfers Ebraicarū scientia līarū Capitonē illi, uix prima ibi rudimēta paulum, ut omnes sciūt, supergrissum? Quāquam aliorum omnium instar apud studiosos esse poterat Erasmi iudiciū, nisi cōfessus ipse esses pauloante, Ebraica iam tam discere te. Neque hoc ego uelim sic accipi, quasi q; detrabere Capitoni studeam, qui mihi neq; causam dedit, neq; habere uideatur quod magnopere quia inuideat. Te miror quid impulerit, tam inuidiose comparare inter se uiros orbis cōsen su imparissimos. Quod si is est Capito, qui esse debet, nullius ipsū aliunde inspectariōis tantum,

E X P O S T V L A T I O

quantum falsæ istius tuæ laudis penitere debet. Neq̃
 ille puto ita ignorat semetipsum, ut non sentiat, quã
 to sibi intervallo suspiciendus fuerit ille uir, præsertim
 in eascientia, qua superare omnes credebatur, et quã
 non sit accipienda abs te ea prædicatio, quæ cū a ue-
 ro longissime absit, non tm̃ laudem non astruit ei,
 cui datur, sed inuidia quoq̃ onerat. At in cœlum su-
 stulerat nouū Testamētum abs te tractatū. Pulcra
 ratio, et digna quæ te moueat, ut imoderare faneas.
 Etiã Capnion hoc fecerat. Sed nō admodum grata
 eius tibi beneuolentia fuit. Iam em̃ locum illi tecum
 homines dabant, ut pariter linguas prouebenti, non
 nulli alterum Germaniæ oculum uocitabant. Quod
 tibi ferendum nō uidebatur. Nã ut unice polleas tu,
 omnes ubiq̃ alios suppressi æquum est. Quod memi-
 ni in Gallia audire me ab ijs, qui tū fremebāt in Fa-
 brum scribere te, cum dicerēt, peculiare hoc esse tibi,
 ut nō possis sine obtrectatione alienæ gloriæ, gloria
 frui tua. Nō credebam tamen, donec fecisti fidē mi-
 hi ipse Nã quid ab his iudicij apparet aliud in cau-
 sa esse, cur uerbis eleues uirtutem hominis erga te,
 optime affecti, quam quod æqualem illum. minus ci-
 uiliter tuleris? Quanquam solebat ipse ultro cedere
 tibi, seq̃ multo minorem semper iudicare, quam qui
 tibi comparari mereretur. Neq̃ id nos adeo facieba-
 mus, sed cum te summe admiraremur, illum interim
 suo etiã merito non fraudandum ducebamus. atq̃

HVT. CVM ERASMO.

ita te colebamus, ut tñ eorum etiam non contemnere
 mus opam, q̄ & ipsi p̄ uirili sua profuissent studijs.
 Vtinam possis ab omnium recordatiōe abolere scri-
 ptum hoc. Quæ enī euidentior iniquitatis nota, quam, si
 extabit præpostera hæc tua sententia? Cum infimos
 quosdam, ob cōmendatum ab se tuum laborē, effers,
 uiro oīum consensu egregio, & cui nunq̄ fuit de lau-
 de tecum cōcertatio, id, quod diuturna opinione do-
 ctissimi cuiusq̄ semp iudicium tribuit, ipsi etiam, qui
 ut alieno inuidebant, et soli recte iudicare ibi possūt,
 Iudei, unus adimis atq̄ derogas. * Sic scribis enim.
 Ludouicus Berus Theologus Parrhisieſis, uir in ea
 p̄motiōe, ut uocant, prim⁹ exoſculatur, adoratur &c.
 (de tuo nouo testamēto loqueris.) Idem sentit Wolff-
 gangus Cōncionator Basiliensis, uir Ebraice longe
 doctior Reuchlino. O uocem abs te ultro retractan-
 dam, si qua ueri cura esset. Potes ferre tandem, ut ui-
 uant tecum, q̄ uirtutē & ipsi operentur, quemadmo-
 dum maiores tui non morati sunt (puto) succrescētem
 in te sibi gloriam? Imo quid oblique respicis in eos,
 qui satis habent, florere aliquo post te interuallo? Si
 ne et alijs suam esse laudem, nec ita tuam affecta glo-
 riam, ut æmuleris alienam. Se tibi eloquentia compa-
 rat hæc ætate nemo, qd̄ inuides Capnioni, tributam
 illi magna cum ipsius uerecūdia, sed tñ uere, ab oīb⁹,
 abs te autē minime nunq̄ cōcupitam, singularē Ebrai-
 carum literarum pitiam, & arcanarum quarundam
 b iij

EXPOSTVLATIO

artium paucis datam cognitionem? Præsertim ex illi
 us libris cum nōnihil didicisse olim te fatearis. Verū
 tamen nulla sit hæc tecum expostulatio, si hoc fuit sa
 tis explēdo liuori, nulla de caussa abs te imbibito. In
 super atroci, & quo uix aliud esse possit inuidiosius,
 accersis crimine. Equidē horreo dicere. Sed dicendū
 tamen est. Cuius tam persuasa omnibus semp fuit fī
 dei & integritatis opinio, ut ne inimici quidem habu
 erint ibi caussam criminandi, in eum tu perfidiā con
 geris et pditionē sic scribēs ad Rossē sem.* Caussa,
 si uera narrant, hæc fuit. Cum periculū esset, ne dux
 Wirtembergensis Sturgardiā reciperet, Reuchlinus
 ciuib. aliquor erat author, ut aliō demigrarēt, ipse cor
 mes illis futurus. Profugerunt illi, Reuchlinus muta
 to consilio mansit, suæ suppellectili consulēs. Deinde
 rursus profligato duce, per quosdā amicos impetra
 tum, ne uictor exercitus sæuiret in domū Reuchlini.
 Sed ciues illi quos sefellerat reuerfi, exhibebant senī
 negociū. Nunc omnia sua eduxit salua, & Ingoldsta
 dij trāquillā agit uitā. Quis hoc ante te mentitus est
 Erasme, si tu author fabulæ nō es? Cui hoc uisum fu
 it somnium? Quæso te per immortalē Christum, tale
 ac tantū flagitium de homine Christiano cū uelles
 diuulgare, non cōsiderasti necesse tibi esse, probatæ
 fidei testibus uti? Aut tam inopē amicorū Capni o
 nem morti iam tum uicinum credidisti, ut cura nō fu
 erit tibi, unum aliquem hanc aliquando aduersum te

HVT. CVM ERASMO

pro illo calumniam expetiturum? Sic puto ratus es. At ego uero fidei meae duco, insimulati abs te falso crimine amici causam non deserere. Certe enim haec demeda ab illo ignominia est, etiam si te offendi plurimum oporteat. Nec tu, si in omnium cordibus atque animis mortuus est uir optimus, a me uno tacita feres iniquitatem hanc. Igitur illud non exigam a te, quod nos putamus deberi amicis inuicem, ut si constitisset hoc tibi de Capnione, non leuibus etiam auctoribus, debuisset tamen pia affectione, quantum potuisses tenere, nec ipsa statim ita augere famam, ut in literas quoque referres. Illud inquam non postulabo. quandoquidem uideo humanitatis te magis, quam ullius ante hac fides coepit, experte. Hoc responde mihi, quod ab omnibus qui accusant alios exigitur necessario, cum tantum de illo homine dedecus, uelles non sermone tantum ferere, sed editis etiam monumentis ad posteritatis notitiam deferri, cur non adhibitis eo testimonijs usus sis? Nonne alienum quaequam, aut inimicum quoque, ne mo pateretur sine testibus sic abs te traduci? quanto magis uide dum tibi erat in amico, ut haberes iuris et aequitatis rationem. Quidam narrant hoc, quos ita graues auctores habes, ut scribas, si uera narrant.* Si incertum igitur tibi est, an uera narrent, cum existimatio hominis, et summa uitae ratio agatur, cur tam fidei ter ipse diuulgas? Certe si banstum ex uano tibi est, non debes ab incerta fama ignominiam et dedecus

EXPOSTVLATIO

amico propagare. Iam si illius inimici narrauerunt, me nime standum famae fuit, sed habenda praeuaciter fidei delatorum suspitio. Opto enim non esse, quod obstinate quidam credunt, neque dictum neque scriptum, neque auditum neque intellectum ab alijs hoc tibi, sed cum uelles inuidiam illi seminare, finxisse ipsum. Verum utcumque sit ad te delatum, non uideo cur debueris praesertim intestatum mundo statim publicare, quae decuit magis, si hoc oes locuti essent, oes scripsissent, uix iter ultimos ad credendum accedere. Nunc ita obscura ad te famam attulerunt narratores isti tui, ut ea me quoque fugerit, qui fui semper maxime illius rerum gnarus. Chi et quae secunda erat, et quae aduersa, libere fidebat: saepe omnem fortunam suam habitum exposuit, oes suas curas et sollicitudines, in sinum ueluti meum transfudit. Ad quae solebat etiam cum primis referri, siquid in Capnione accusaretur, aut siquid inimici moliretur. Tunc uero ex toto quiete rat a publicis negocijs, aliquot iam annos, neque ullis se reb. imiscuerat. Haecque illi imunitatem ipse etiam tyrannus, donec in regno fuit, indulserat. Quae me igitur illi penitentiam latere potuerunt, ea tibi narrauerunt, quae dubium est an uera narraret, atque ab his haustum tu publico degustandum ppinas. O fide tua Erasme. Haec debuit per suo in te amore et constantia referre abs te gratiam bono Capnion? Hanc uicem recipere? Quod neque piurissimus Hoebstrat obiecit illi, neque aliquis eorum qui oderat imputauit, tu crimine adfingis. Quam illi igno

H V T. C V M E R A S M O

mīrma nulli⁹ Dominicanorum furor molit⁹ est, nul
 li⁹ Theologistarū itētauit acerbitas, tu amic⁹ (cuius
 q̄ modi es) ex quodā quasi cōditorio, ut inocērem de
 foedes & cōtamies, depromis. Qd̄ si leuitate quada
 tua, & ueluti secur⁹ oīs in posterum sup̄ re tam seria
 exposulatōis cōmisiisti, at nos officij recordabimur,
 nec deerim⁹ amici memoria, sed cui⁹ bonitas in uita
 merebat̄, ut ab oibus defenderet̄, eius à morte etiam
 famā & existimationē, cōtra tuā calumniam, tutabi
 mur. Igit̄ scias necesse tibi esse, iputati criminis Ca
 pnionē cōuincere, nisi feceris, nos te cōuincemus. Ita
 iā fixum apud me est, & cōstitutum. Tu siquid p̄ te
 habes, expedi, neq̄ ibi cessa. Nā ego cōceptum nō dese
 rā, tātoq̄ ibi primaci⁹ instabo, quāto facilius ea q̄ in
 me admisiisti, cōdono, ob id maxime, qd̄ iā adempta
 oīs illi defēsiō est. Neq̄ enī iā deide sperare fas est,
 ut ab inferis nobis existat ip̄e, & causā cōtra te suā
 tueat̄. Qui sup̄ sunt, quos posse nōnullos recensere, pa
 rum fide & ipsos abs te habitos, eorū negocia à me
 suscipi nulla nece sitas est. qd̄ & integrum unicuiq̄
 est, suā exposulare iniuriā, & eorum neminem puto
 defuturū sibi. Igit̄ de inimicis & tuis, et nostris oīm
 cōmunib⁹ aliqd̄ interserā hic. Vbi cōmemoratis pau
 cis, ostēdam nibilo grauiorē te sustinēdis his, quā tra
 etādis amicis eē soleas: ut. s. uideas scire nos & intel
 ligere, q̄ decreueris oīa puerse agere, q̄ et bñmeritos
 odiose ifecteris, et quos habes ifestissias, fœda ubiq̄



EXPOSTVLATIO

adulatione palpes. De Hochstrato supius satis. Lo-
 uanienses & Colonienfes multis lugubribus epistolis
 questus apud amicos es, pnciosissime bonis studijs
 aduersari, atq; ea esse præcipua omnis per Germani
 am barbariet semitaria. Inde ueluti ab infecta quadã
 lerna. exbalare nocētissimū late uenenum, qđ multos
 recte studiosos misere conficiat. Hos esse inauspica-
 tos pessimarū auirū nidos, qui illas circū se emittant,
 omnē bonarum artiuū lautitiē descendentes Harpyias.
 Atq; eiu smodi nobiscum agēs, cum satis accensos ui-
 des, & in hostē concitatos, tu conuersus blandissime
 illis cōmendas te, laudandoq; Academijs illas, pene
 Athenis præfers, nostrā taxas audaciã, qui illos ibi
 Platones & Theophrastos incessuerimus. Et est hic
 perpetuus tibi mos, q̄ infensissime hostes sunt in eos
 cōcitare nos, & ubiq; mouere qui aduersentur: sta-
 tim ubi iam ardere uides constat p te incendium,
 publice laudib. efferre bomines, ac præconijs celebra-
 re, nonnullos fraterne appellare, & omni dissimula-
 ta offensiōe amātissime p epistolas colloqui, ac si qui
 irati sunt blāditijs demulcere; aliquādo etiam in illo-
 rum gratiã, aut placandi studio, unum aut alterum è
 nobis mordicus arripere. Quis ignorat, quantum ab
 his scholis dissenseris, cum Lutheri articulos condē-
 narē? * Nunc pulcre factum ostēdis, et ad Louaniē-
 ses scribens, disputatiōibus illorum aduersus Luthe-
 rum semper constātissime fauisse te iactas. Similiter

H V T. C V M E R A S M O

cum ordie Prædicatorum agis, in quæ cum obliquus
 semper fueris, sæpe plus quàm hostili animo cogitæ sis,
 nunc multimoda psuasionè cuidam niteris fidem face-
 re, nunquàm non bene uoluisse te illi factioni. Solebas ut
 bonis inimicæ moribus, et religioni ac fidei Christi-
 anæ infestissimam detestari Romanam Curiam, nunc
 sancta est illa et Catholica Ecclesia, ubi cædore lilia
 uincunt homines, ubi quicquid improbißimus quisque
 Curtisanus loquitur, rosa est. Sed de hoc paulo post.
 Hieronymum Aleandrum deferebas nobis, hominẽ
 teterrimum, natum struendis technis, et fraudibus. cõ-
 cinnadis, semper insidum et perfidiosum, semp malig-
 num et maleficum, qui in hoc haberet literas, ut no-
 ceret literis. De eodem primus opinor famam sparsit
 clanculum, natum esse Iudæum. Quinetiam sunt non
 indigni fidei authores, qui, cum Vuormaciensi concilio
 Pontificis Romani legatum ageret ille, dixisse te
 ferunt, negaturum in Germania homines liberos esse,
 si uisus discedere hinc Aleander permissus esset, pro-
 ditor Simon, qui in hoc mitteretur ad has nationes,
 ut illa dolis ac insidijs, incendio et uastitate referta
 laxaret claustra, inciperet à Lutbero, cõtra quẽ cum
 obtinuisset, tum doctissimos quosque et ingenijs pol-
 lentes, inuaderet. Atque hæc uera abs te iactata, ne ad
 huc quidẽ dubitamus. Hoc miramur, in quem tale, et
 aduersum testimonium dixeris, eius te authore lau-
 des nunc uendere passim Librarios. Neque enim uno



EXPOSTVLATIO

loco sic scribis de illo, quasi in quē nihil eorum q̄ cō-
 memorauī, cōgruat. * Ille te amat unice, illum tu dile-
 ctum habes. Cū illo suauiter uiuis, & in mediā quāq̄
 noctē p̄ducis literatas fabulas. Etiā cōuenit iter uos,
 Romam eatis undā. O dulcē consuetudinem, ex graui
 repente odio & inimicitia. Nec tu existimes tū, hęc
 mouere me, qđ tanti uiri amicitiam tibi inuideā. Ni-
 hil minus in mentē uenit. Habe & hunc tibi, & huic
 similes, eosq̄ ama, & uicissim ab ipsis amare, me fa-
 cile cariturus ibi cōmulo. Tantum interitio huiusmo-
 di, ut ostendā quam tu sis bellus tergiuer sator. et qđ
 pene neminē capitaliter hostē habuerint hoc tempore
 recta studia, q̄ cum non corruptissime pręuaricatus
 sis. Certe Aleandrum omnes sciunt, quo facilius reli-
 quos deinde opprimeret, instructum cōtra te uenisse,
 omnium in Germania motuū, & rerum ubiq̄ noua-
 rum auctorē (ut ip̄e ferebat) primariū, neq̄ aliud ob-
 stitisse, quo min⁹ ad suū tractaret nutū, quā qđ habi-
 ta sup̄ re cōsultatiōe, uisum est, arte poti⁹ aggredi, et
 a partib⁹ abducere. ut ad suos usus reseruatū illa ha-
 beret Curia. Sed ille ad nos teq̄ ip̄m utili⁹ aliter egis-
 set rē, quā illa arte. Vt cūq̄ cessisset enī, melius famę
 cōsultū tuę fuisset. Inter hęc, Adrianū Pont. nō Lu-
 tberani sinxerunt cōtra te hostilia machinari, quā no-
 bis impudēter culpā affingis iterum, iuita cōsciētia,
 ip̄a poti⁹ cōstantissima fama, cū Cardinalē ille Der-
 tibus sese ageret, quā ortā ferebāt à lris, ad te et alios

HVT. CVM ERASMO.

ex Hispania tunc missis, rumore sparserat, et alia co-
nari eū aduersus te, & quodā tpe Romam scripsisse
Epistolam, qua illos ualde obiurgaret ibi Curie pfe-
ctos, qđ neq; p̄ litigādo cum Luthero tps tererēt, te
arripēdum esse poti⁹, fontē mali & rebellionū fomē
tē, qđ ad id erudias Germaniā, ut sciat reclamare Pō-
tifici Ro. & nouandis reb⁹ iſtigator sis ppe unice⁹,
quo oppresso, actū esse de Luthero, & oibus illi ad-
hærentib⁹. Nam ex tuis libris, tuoq; ingenio oēs nos
baurire, qđ dicam⁹, quæq; scribam⁹. Quo facili⁹ cre-
dam, haud penitus fictū fuisse de libro contra te scri-
pto, etsi nunq̄ prius qđ meminerim audiui. Tu nero
cū (qđ iureiurando ausim affirmare) prius de hac re,
quā ex Lutheranis quisq̄, itellexeris, ut tū & p̄ueni-
as, siq; ab illo tibi iminet, & quantū faueas quoq;
nobis cōmorſis signū des, audes cōfūti rumoris ſta-
gitiū nobis iputare, sciēs uidēsq; qđ falsissimā hanc
in nos calūniā adornes. Alibi modū non iuenis, lau-
dandi talē Pōtificem, licet is tādū pōrifex nō fuerit,
ut cōjicere possis, hū, an male de ipso sperandū sit: ac
anteq̄ esset Pontifex minime bonū iudicaueris: et qđ
tua est ubiq; grauitas, pri⁹ aureā illi statuam decer-
nis, q̄ffortiter rē gesserit: ut plane credēdum sit, siqua
ille modestia p̄dit⁹, imodiciis tuis laudibus reclamet.
Ego qđē Erasme talis nō sum, subiecturū te cum Ti-
monis amicis. At talis postea eris o' Adriane. Sed in
Pōtificē forte nemo aliq; nimiam laudē con gesserit.



EXPOSTVLATIO.

Quid Glapion? quāta & ipse tuba abs te canit? At
 qui solebas exeerari hominis malitiam. Hāc etenim
 querebaris callidam uulpeculam, nullas nō malas ar
 tes aduertere, ut opprimendi tui ansam apprehenderet.
 Eundem esse pessimum magistrū, pessimum con
 sultorē, qui ab omnis generis salutarib. monitis auer
 teret Cæsaris aures, omni contra perversitate imbue
 ret, atq; ab hoc corrumpi optimā adolescētis indolē,
 ipsum in mala abduci studia. Quæ utinam falsa mo
 nuisses potius, quam ista nunc falsarum laudū præ
 conia occentas. Multa enim melius haberent in Ger
 manica, nos æquiore uteremur Cæsare. Quod si me
 interroges, de Glapione quid sentiam, quandoquidē
 semel decreui libere uerum profiteri, respondero, ne
 quiorem me hominem cognouisse nunq̄, & qui copio
 sius esset operandis fraudibus instructus. Simulādo
 certe & dissimulando uincebat omnes, Hypocrita
 egregius, & cuius nihil nō erat ad fallēdum idoneū,
 aptum, & cōpositum, os, oculi, frons, caput, manus,
 sermo, incessus, omnia. Cōformabat se omnibus, ac in
 omnia transformabat. Sciebat, qd quolibet loco, quo
 libet tempore, & dicendum esset, & faciendū: nihil
 uere, omnia adhibito fūco, & insidio se. Eius hæc au
 dita mihi & Frācisco, assidētibus nonnullis itē alijs,
 nox est, cū Eberburgū ad nos à Cæsare missus esset
 (qua una fraude reliquas eius æstimet quis) se faterē
 hoc, neq; dubitare, neminē eorum, qui implacabiliter

HVT. CVM ERASMO.

Lutbero inimici essent, negaturum, ab illo primū pe-
 te factā Christianis omnibus ianuam, p quam ad ue-
 ram recōditissimorum sacrae scripturae sensū cogni-
 tionē ingredi liceat. Cumq; ego intulissē, quod igit
 tantum illius peccatum esse, quod cum tali beneme-
 rito collatum prægauare debeat? Ego quidem (re-
 spondit) non uideo. Et tñ nemo interim capitalius Lu-
 therum oderat, in quē etiam quicq; acerbe tunc &
 atrociter consultum est, in huius ante officina elabo-
 ratum fuit. Neq; aliū obstinatus pugnauit, ut inuis-
 ditus, indefensus, neq; dicta causa damnaret, & ob-
 tinuit. Ita poterat ad tempus occultare se, rursūq;
 ubi opportunum ipsi uidebatur, ostendere. Qualis a
 nemie potius quam abs te, & laudari & uitupari de-
 buit. Nam in multis es Vertumno illi simillim⁹, Syl-
 uestrum Prieratē neq; pbasti apud amicos unq; neq;
 que cū nunc uis pbadi causas habes. Laudas tamē,
 & ut bonum uirum praedicas, qui humaniter erga te
 affectus sit, in Lutheri, ut manifeste cognosci datur
 inuidiam, quo magis uidearis aduersari huic, si inimi-
 cis ipsius secunda facias. Neq; alia causa Caraccio-
 lum, malum alioq; hominē, tuo praconio frugi reddi-
 dit, quam qd̄ cum Aleandro una, Pontificis aduer-
 sus Lutherum egit negotium. In hoc uno insunt oēs
 illius uirtutes, quas efferre gestis. Ad scribis huic al-
 bo Eccebum quoq; mortalium omnium uanissimum
 atq; arrogantissimum, uel tuo testimonio. Nam etiā

EXPOSTVLATIO

dicebas, hunc omni cōtemptu ac publica irrisione ex
 ibilandum, explodēdumq;. Quod adeo nō uidet tibi
 modo, ut quibusdam irascaris, qui affixis hunc sebe-
 dis psciderint. * Placet & Ioānes Faber ordinis Præ-
 dicatorij monachus tibi, q̄ tamē nemini bono unquā
 placuit, homo natura atrox & crudelis, quo nemo et
 in Capnionem pri⁹, & nunc in Lutherum inclemēt⁹
 omnia cōsuluit. Quod si peccatum ab illo nō est, nec
 tibi improbat, illud tandem quale est, quod de ip̄o
 omnes sciunt, neminem magis semp uoluisse excincitū
 bonas literas? Aliqd puto est, ac tale, ut te omnium
 maxime cōmotum reddat. * doles tamen in Epistola
 ad Moguntinum Episcopum, uires deesse tibi, ad cō-
 mendandum p̄ sua dignitate tantum uirum. In eadē
 apud te fortuna est alius Faber Canonicus & Vi-
 carius Constantiensis, Curtisanorum supbissimus,
 qui magnū cōtra Lutherum uolumen edidit, quod tū
 aliquādo dixisti, omnibus esse merdis pccandum.
 Neq; iniuria. Sic ineptit ille ibi a sinus. At nunc opti-
 mis comparādi hominem causas habes. Nam & in
 gratia Romæ est, & illud tibi nuper aureū ab Adri-
 ano Breue retulit: & quod omnium debet esse effica-
 cissimum, Lutbero inimicus est. Quis credidisset Lu-
 douicum Berum, & Io. Gebuilerū, duas exitiabi-
 les Basileæ pestes, auaritia perditos, ambitioē occo-
 catos, Curtisanorū teterrimos, & qui soli in ea urbe
 renāscētib⁹ literis, ac emergētib⁹ bonarū artium stu-

H V T. C V M E R A S M O

*dijs, pertinacissime diu iam obfistunt, laudatorem in-
 ter nos inuētuos? Te nācti sunt, quem nemo nō, si ue-
 lit, comparare sibi possit: tuaq; prædicatione, nō uir-
 tutes quidem suas ornatas agnoscunt, sed uitia cōfir-
 mata gaudēt. Atq; hos babes domi tuæ, cum me ex-
 eludis: & cottidianis confabulationib; dignaris, cū
 mihi totis tribus annis non uiso, amica congressione
 interdicias. Latomum, Edmōtanum, & Atensem, in
 hac Germania nemo reor nosset, si tu non infestissi-
 mis Epistolis, atq; ijs mirum quam crebris, circum-
 qua; traduxisses, nobisc; data opa persuasisses, ni-
 bil dignum satis in homines scribi posse, ita malitio-
 se simul et obstinate in bonas literas cōspirasse, ac in-
 festissime alienis obtrectare uirtutib;. Atq; ita esse
 cognouimus postea, neq; & pte moti, & ipsorū co-
 gnita culpa desinim; aliter iudicare, ac eorū merentē
 mores. In tuis uero Epistolis alia nunc lego, ubi illos
 qdē aliquā ambigue, aliquā amice quoq; tractas. Aten-
 si uero hoc addis Elogium, qd paucissimis a condito
 usq; orbe tributū crediderim, * ab oibus esse laudatis-
 simum, neq; tū satis unq; laudatum. Prob æqualita-
 tem sentētiarum. Hoc modo conuenit Christianum
 Theologum pnunciare, de tali nebulone, tam uirulē-
 ta belua? Sed qd plures ego cōmemorē, cum aliud agē-
 dum sit? Superst, ut Leum, quoq;, quē ultimū puto in
 nostros cōieciisti stilos, noua edita recātatiōe, aut po-
 tius p illo contra nos apologia, hinc iursus eximas.*

EXPOSTVLATIO

Tibi enim soli licet, & ubi, & quoties uis, album uel atrum iacere calculum: frigidum esflare uel calidū: damnare uel absoluerē: laudibus palpare, uel cōticijs proscindere. Quo priuilegio tuo si in omnib⁹ uti uoluisses, ac tantū pmittere tibi, quantum nemo sibi debet, nemo bonus uellet, in Lutherano tamen negotio debuisses rationē habere tot amicorum, q̄ cum de te partim benemeriti quoq; sint, Luthero autē sic adbaereat, ut pene tam nolint auelli, quam ab ipsa ueritate & euangelio in diuersa traduci, hoc dolent grauisimum abs te inflictum uulnus sibi, ut nō tantum deseruas, sed cum aduersarijs quoq; societate cōtra se iungas. Verum ita arridēt quæ afferunt noui socij, ut non frustra fordeat facile. Sic illa te inescauit iniecta ori tuo (ab urbe Roma credo) offa, ut recte nauisees hæc. Ita q̄ illos quidē intromittis, nos uero penit⁹ animo eij⁹ eis, si qua ratiōe quæram, dicere nō possis: si quo motu, nolis. Igitur conijcere ibi licet, certum scire non licet. Et tamen huiusmodi est hæc instituti pmutatio, ut nisi accurate adhibito consilio, fieri non debuerit. Omnes certe mirantē, atq; igit̄ causas scire expetūt. Quid enim nouum magis, quam tale quidpiam de te audiri? Erasmus Romano Pontifici sese dedit. Ab eo in mandatis habet, ne desit auctoritati sedis Apostolicæ. Hoc quid aliud est, quam, Herculem in auctoritatem Omphales cōcessisse, eum gestantē, hanc ab illo pensum exigere? Quantum facis præter

H V T. C V M E R A S M O

decorum Erasme. Illi uero quam indigni sunt, qui te
 ueant administro ubicunq;, nedum ad quorum impu-
 bisimas cupiditates, infandam libidinem, periclitet
 ris de fama & salute tu. Quæso enim cogita tecum,
 quibus hominib? fias obnoxio, quos officio affecteris.
 Nempe eos, qui omnis honestatis cõtemptores, legẽ
 ac pietatis trãsgressores, bonos mores deprauant, fĩ-
 dem excludunt, innocentiam uiolant, religionem irri-
 dent, cum ueritate bellũ gerũt, Euãgelio hostes sunt.
 Ad tales transfugis. Talium impata facere paras.
 Et iam nauare operam ingressus es. Iam aliquod de-
 disti illis tui specimẽ. Elata sunt signa. Tuba cecinit.
 Telum coniectum est, Rupisti pacẽ, uulnus fecisti,
 modestus pauloante Erasmus. subito impotens Cur-
 tianus. Quæ maior tam repente alienatio? Quis te
 noscet posthac? aut sic habere hæc credet? Qui sepul-
 tam nuppietatem refodiebas, Euangelium ex later-
 bris in lucem reducebas, fidem & religionem instau-
 rabas, is nunc ad eadẽ cõculcandum, efficiendum, pro-
 sternendum, et interimendum, opam profiteris. Es ne
 adhuc mētis compos? Sum, inquis. Quam nobis igit̃
 rationem affers, mutati in tã diuersum instituti? Ipa-
 ne causa sic cœpit displicere tibi, ut hanc necessario
 deferas? Hoc non dicis quidẽ, sed, * Hortati huc me
 sunt cõplures, Primum, ne omnes cõmemorẽ, Re. pa-
 ter Marinus Caracciolus, nunciũ apud Casarem
 apostolicũ. Præterea clariss. uir Hieronym? Alean-

E X P O S T U L A T I O

der, trilinguis eruditionis hoc æuo sine controuersia
 princeps. Ad hæc Reuerendus pater Ioannes Glap
 on, qui Cæsaris erat à concionibus. Nam is ex Cæsa
 ris uoluntate, frequenter hæc de re ad me scripsit, nõ
 minus diligēter quam amanter. Hortatus est eodem
 pridem Guilielmus Montioius. Nup̄ etiam illustris/
 simus dux Georgius Misnæ princeps. Iam erat hoc
 etiam à magnis persuasum Cæsari, me cum primis
 huic prouinciæ gerendæ esse idoneum. Quid plura ue
 ro? cū totus orbis ultro stilum in Lutherū acuat, cur
 uni mihi indignantur, si me commoueam iussus ab
 ijs, quibus uix tutum est non obsequi? Pulcra sunt
 hæc, & ad mouendum multum efficacia, ex imperi
 tis aliquem, nedum Erasmmum. Atque hinc elucet po
 tissimum, quam te suauiter afficiant, quamq; titil
 lent istæ Magnatum salutationes, familiares affa
 tus, magnifici sumi, principales nugæ, aulica pompa,
 ultero obiecta gratia. Et manifestum facis hic, quan
 dam putare te gloriam esse, hæc accidere, & si Lauri
 num testem appellas, quam non sis huiusmodi glori
 olarum appetens. At nisi esses appetentissimus, fru
 stra captarent nunc isti te. Neq; alienatus à nobis es
 ses, si non amplissimum iudicares tibi, totam illam,
 omnis generis, omniumq; nationum hominibus re/
 fertam Curiam, quæ à nobis paulatim desolata, ad
 magnas breui angustias deuenerat, neq; certam ha
 bebat ad sequendi cōtra nos auxiliij spem, audita nūc

HVT. CVM ERASMO.

transitionis tuæ fama, ex quadam ueluti compressio-
 ne respirare. Quid pi? Cerre hæc ob causam ingens
 est iam Romæ Erasmus. Quo si ueniat, certum est,
 prouecturos obuiam illi complures Reuerēdissimos,
 immensam mixtæ turbæ multitudinem: tum magnos
 fore in urbe applausus, celebres triumphos, miras
 acclamations, fortissimo Catholicæ ecclesiæ uindē
 ci, inuicto Hæreticorum debellatori, qui ut alter Ca-
 millus, collapsum rem Ro. tua uirtute restitueris.
 Hæc & huiusmodi uidere uideor, ut diurnis noctur-
 nisq; uoluas cogitationibus. Nam cum tam sæpe ia-
 ctas, Principum uirorum ad te Epistolas, operum
 tuorum ab alijs prædicationes, ac habitum tibi ab il-
 lo Principe, illa ciuitate bonorē, missa mūnera, pro-
 missiones factas, opinionem nobis facis miræ in te-
 uanitatis. At uide, ne te decipiant hæc secunda, &
 ad intolerabilia aduersa protrudant: ne te multi blā-
 dissime caprent nunc, qui in rem tuam id non faci-
 ant. Nam ualde metuo à quibusdam tibi. Sed ut
 omnes fidem seruent, ac istas merearis Romæ lau-
 dationes, & quos dixi triumphos, siccine de gloria
 periclitaris tu, ut ab improborum tandem calculis ea
 colligenda sit? * Non deeris dignitati sedis Aposto-
 licæ. Ades. Nos contra oberimus. Verum uerumta-
 men, ostende nobis ubi illa sedes sit, quæ unice
 Apostolica dici debeat: ut & nos uenientes adore-
 mus pariter, Romana inquis Ecclesia est, quam

EXPOSTVLATIO.

ego puto à catholica non dissentire. Pereā confestim
 anima & corpore, si tu ignoras, quantū à Catholica
 ecclesia & apostolica, dissentiat hæc Romana. Vbi
 illa uero scriptura est, quæ hoc docet, Romæ esse talē
 ecclesia, quæ sit aliarum caput, & illum habere debe
 at Episcoporum tyrannum, quē fas sit uocare sanctissi
 mum, q̄ Euangelium cū uelit inuouare possit, et anti
 quatis ihs, quæ Christus tradidit, nonas dare leges,
 nouā præscribere uinēdi normā? A cuius placitis fas
 non sit discedere. Quem ferre quantumcumq; malus
 sit oporteat. Qui terrarū principib⁹ o sculādos pedes
 recte porrigat, mundi regna ad suum dispenset arbi
 trium, cœlos uēdat, animarum ab se salutem mercari
 homines iubeat. Hanc tu mihi ostende scripturā inq̄,
 sed diuinam, aut apostolicam, & traduces me quoq;
 à sentētia, cogesq; tecum adesse dignitati illius sedis.
 Quod si eiusmodi est Romana sedes, ut est, ut eam
 Christiani omnes, q̄ quidē uere sunt, euersam & ab
 olitam uelle debeant, idq; si fiat, ab omnibus cogna
 scat expedire reip, Christianæ, qd sacrilegum magis
 dici potest, quam, quod abs te scriptum iridem est, ne
 minem pium nō fauere Romano pontifici? * Imo q̄
 pius fauere possit ei, cuius uniuersus status mera est
 hypocrisis, quæ donec uiget, languere uerā pietatem
 necesse est? * At illius sedis auctoritatem, tot seculis
 secutus est orbis Christianus. Quod si multis secu
 lis erratum sit ab omnibus, uetes in uiam redire nos,

HVT. CVM ERASMO.

cognito errore, & à piculo in tutum recipi? Plane erratum est, tu cum paucis hoc sensisti, ac ad ueram uiam, quantum in te fuit, reduxisti homines. Multi secuti sunt, habentq; gratiam. Ipse nunc cum uidet eodem modum, ad errorē reuocas. Mirant oēs. Tu causam reddis, autoritatē orbis consensu tot seculis cōprobata. At uero tota Græcia & Asia, ac præterea maior Christiani orbis pars, nō secuta est illam auctoritatem. * Vbi ille autē est torus orbis, q̄ uultro stilum in Lutherum acuit? Quidā est puto alius mundus, q̄ hoc facit, & fortasse ex Democriticis illis unns. Nā in hoc orbe multi sunt, quib; cordi non est, in Lutherū scribere. Quorum aliquos inuenies paulopost, p̄ Lutherum in te stilū qui acuent. Sed fas est uerbis amplificari abs te res paruas, q̄ nos minime mouet. Nā nec tua uana iactantia, nec falsa Lutheri insectatio, ullam nobis instituti mutationem inuehent. Verum ad illos redeo imperatores tuos. Estne honestum putas q̄ iūbent, quibus obsequi oportere dicis? Quia illi iūbent (inquis) esse puto. Non consilium habes tu igitur in te? Aut ratio non est, quæ ducat, quominus extra te queras, in uita quid sequendum sit, exq; alijs pendeas? * Saltem hoc Lutherani concedant, inq; homini ut uere scribunt meticuloso, parum erudito, nullius in hoc rerum genere iudicij, ut tot probatorum uirorum iudicij; subscribat alicubi. Vnde hæc igitur ex tanta nuper prudentia, subito imperitia tibi? Vnde



EXPOSTVLATIO

ruditas? Quo illa sic statim abierunt, per quæ tã multum creuisse se restantur? Iam eo recidit tibi res, ut qui omnes erudiebas, idq; feliciter satis, ipse in disciplinam te des qualibuscũq; nunc magistris? Quam deformis est hæc simulatio, quam non idonea, qua decipias. Alterum igitur, aut per stare à nostris te partibus decuit, aut si discedere uelles, improbandi nostra, & diuersa cõsectãdi causas habere. In Luthero, ais, displicet arrogantia species, & maledicentia immodica. Quæ ut sint in illo, quid ad ipsam id causã, quæ ueritatis est & Euãgelij? Sed cõtra ueritatẽ et Euãgelium nihil est negocij tibi, cõtra Lutheranos est, & à me queris forte, cur me huic rei immisceã, quæ tu p̄ Lutheranonunq; habueris? Neq; me ipse Lutheranũ dico, aut ab alijs dici libenter audio. Sed dicã tibi cur hic mouear, si hoc respõderis prius mihi, qd sit in Luthero, quod maxime improbet Ro. Pontifex? & cur tantope extinctum uelit? Quædam posses iactare hic ad uanam speciem, sed cum ex conscientia respondere uis, hoc esse concedis, quod is non primus quidem, sed potentissime, Ro. Pontificum tyrannidi restitit. Euãgelium, ut ante se nemo, in locum restituit. Humanis sanctionibus fidem abrogauit. Pseudoepiscopis fucum detraxit. Papisticas fraudes mundo aperuit. Bullas ad nihilum redegit. Gratiã profligauit. Indulgentijs, & id genus alijs imposturis Germaniam clausit. Hoc profecto esse dices. Atq; igitur cõ

HVT. CVM ERASMO.

Lutherum infectari uis, magna ui increpas, *Roma/
 nam agnoscere te ecclesia, a qua diuelli ne morte qui
 dem possis, cum toties discesseris. Atq; iterū minita
 bundus, habiturum te p̄ aduersario, quisq; aduerse
 tur Romano Pontifici. Te etenim semper fuisse, sem
 perq; futurum Ro. sedis, cui te scias multis modis ob
 ligatissimum. His inquam Gnatonicis adulationib;
 non iactares te, nisi scires, hanc esse infensionis con
 tra Lutherum causam, quam dixi, & facile remis
 suos fuisse iratos Romanistas, quæ de libero arbi
 trio, de Sacramentis, & quibusdam alijs, perperam
 sentire illis uidetur: hoc persequi, per qd̄ suo questui
 obuiam itur, suis lucris uia præcludit, suæ imposturæ
 frigent, doli patefcunt. Quodq; in causa est, cur tot
 egeant Romæ Decimi Leonis creaturæ, tot Episco
 pi & Prothonotarij sumptus minuere cogantur, ipsa
 illius summi aula euacuetur. In Consistorijs solitu
 do fiat. Curtisani frustra ambiant. Copystæ & tot
 in urbe Notarij ad famem compellantur. Quæ ego,
 quia & prius quam ille inciperet, aggressus sum, et
 pro mea uirili pertinaciter in hunc usq; diem egi, quo
 niamq; boni uiri esse duco, per ueritatis confessione,
 æquitatis uindictâ, ubiq; & semper prodesse patriæ,
 Cbristiani uero, pro ueritate etiam morti, si hoc res
 postulet, malo Lutheranum dici me, quandoqui
 dem sic uocantur qui hæc agunt nunc, quam offi
 cium deserere. Quanquam igitur nec magistro ibi

EXPOSTVLATIO

usus illo sim, nec socio, ac seorsim negotiū hoc agā,
et quacunq; factiōe cēseri infestissime oderim: quia
tamē ualuit hoc iam, ut qui Ro. Pontificis tyrannidi
aduersantē, quorum præcipue in numero semp̄ haberi
uolo, et ueritatem q̄ asserere audent, quicq; ab huma-
nis sanctionibus ad Euangelicā sese doctrinā reci-
piunt, Lutherani uulgo cognominent, feram æquani-
miter appellationis iniuriam, ne rei professionem ab
negare uidear. Neq; ita me alicuius poenitebit cogno-
menti, ut uel suspicionem mutati honestioris instiuiti
præbere de me uelim. Habes reddita tibi rationē, cur
Lutherani appellationē agnosca: nunc facile est fidē
omnib; facere, eisdē de causis Lutheranum esse te
quocq; tãto etiam magis, quam uel me uel quenq; ali-
um, quanto tu melior scriptor es, ac orator disertior.
Nam ut prius ostēdi, eadem egisti tu, ac pri; egisti,
quam me et Lutherum natos sciret mund;. Licet nūc
purges te illis, ac nihil tale admisisse uideri uelis. At
uel aboleri maximā tuorum scriptorum partē oportet
bit, uel censeberis et tu factiōe hac (quandoq; dem fa-
ctiōnē uocant) ab oībus, qui rē ipsam æstimabunt ma-
gis, quam specie mouebunt. Quod si uel purgationē
illi tuam accipient, uel ea in futurum abs te sperant
cōmoda, quib; facile prisca sarciat damna, et in Lu-
theranos, hoc est, ueritatis adsertores, et Christia-
næ libertatis uindices, tu scribēdo inueberis, ac nos ul-
tro tibi aduersarios deprecis: ego cōtra nihil animad-

HVT. CVM ERASMO.

uerso factionis nomine, sed rei quam persequeris ha-
 bita ratione, quantum in me erit, comunem contra te
 causam tuebor. Quam tñ nollem impositam abs te
 mihi necessitatem. Sed quia praestitit tibi, illis para-
 futari, quā mecum in officio p̄sistere, disiungi patiar,
 ut tu cōcedas illuc, * ubi auctoritatē Ro. Pōrificis ex-
 pedir sacrosanctam haberit: ego hic maneam, ubi con-
 sultum est rei Christianae, ut amoueat, quisq̄s in Ec-
 clesia tyrannidem occupat. tu illic securus agas, ubi
 potētes uiri sunt, * q̄ munera offerunt, & paratos ha-
 bent, si in Lutherum scribere uis Episcopatus tibi, ac
 sacerdotia cedunt haud contemnenda: ego hic periculi
 ter, ubi integri, graues, ueri, candidi, synceri, constan-
 tes. & liberi homines sunt, quos neq̄ munera mouēt,
 neq̄ honores mutant, neq̄ pericula terrent. Quibus
 æquitas colitur, fides seruat, religio curæ est, ueritas
 non deseritur. * Nam quid ad me, qd̄ tu multis adeo
 nominibus Ro. Curiae es obligatissimus? Tam con-
 stanter illam oppugnabo tyrānidem, publicum ob cō-
 modum, quā tu ob priuatum p̄tinaciter defedes. Vbi
 facilius mihi labor, conscientia liberior, q̄ omnia ue-
 ra dicenda sunt, omnia plana & recta: tua peior con-
 ditio, cui fugendum, inueniendum, cōminiscendum, mē-
 tiendum, fraudandum. Quod cum incipis, non semp̄
 proferendam ueritatē dicis, & magni referre, quo-
 modo ea proferat. Quam tuam factilegam uocem,
 in iugulum recogni oportuit (iam enim stomachosus

EXPOSTVLATIO

hoc me eloqui res cogit) si officium debite facerent, qui hereticos uel ad recantationē adigunt nūc, uel in ignē cōijciunt. Quid em̄ impiū magis, & cōtra Christi doctrinā, quā non semper ueritatē pferendā esse dicere, pro qua ille nos mori quoq; uoluit? Deinde quo insigniores nos ad inuidiā facias, tumultus quoq; obijcis, et dissidia, et quæ rei ipsius natura est, nostro imputas uitio? An nō prædixit Chr̄s fore. ut odia et dissensioēs, bella & cædes, ppter se sumēq; sermonē habeant? Nisi igit̄ Euangeliū ferre nō possent Romani isti, Lutbero nō irascerent. Neq; alios offenderet ille, si citra eorū incomodū uini ebristiane inolefceret. Tu uero ostēde nobis uia, qua & ueritas ius suū obtineat, et qui nūc bella mouēt placidissime congescāt. Sane hm̄i cōsilio occurrere his te rebus decuit, cum iactares, non de futurū reip. Christianæ, & unū posse te has sanare discordias, Nam cū scribis, tuum non esse, de solio illos præcipitare, nihil ad rem. Non hoc abs te queritur, sed ut propagandæ q̄ latissime Christi doctrinæ des operam. Viuit inquit Christus, & habet in manu flagellum, quo tales exturbet è templo. Scimus. Sed interim tu exalta uocē tuā. Clama, Ne cesses. Annuncia populo dei scelera eorum. Hoc te plurimum decet, hominū theologum, Imo desuper coactio est, ut cui datae sunt clauēs scientiarum dei, is rigide semper & inmutabiliter ueritatē recludas & enuncies, quantocūq; etiā periculo. Sed

HVT. CVM ERASMO.

non potest hoc fieri citra tumultum. Fac nō posse, at
interim doce melius esse, eos vitare tumultus, quam
propagari sermonem dei. Nobis quidē satis caussae,
cur inceptū deseramus, non uidetur, q̄ tumultuantur
quidam. Et si aduersa ueritati Evangelicæ factio op
primi non potest, nisi perniciosissimo orbis tumultu,
at nos uero nihilo minus ut opprimatur aduitemur.
Chr̄s uult et opportune et importune predicari, &
sic Paulus præcipit. Neq̄ cessandū ibi est, q̄qd etiā
obstiterit. At inuoluet tumultus hic innoxios. Tu q̄
dem dicis, nos abomniatur. Sed ut futurū sit etiā
hoc, nihil tanti est, cur postergari debeat negotium
Christi. Quare etiā temere nō obijciē tibi, ab illis i
p̄ se Lutheranis, ut cōmemoras, q̄ dilutior sis. et blā
dior Principib, q̄q̄ nimitū pacis amās. Imo nō attēte
audiuisti hoies. Hoc querebant, q̄ nihil cōstanter di
cas aut facias, q̄ ex omni leuissima caussa blādiaris
& adfenteris, idq̄ nō Principib. tm̄, s; & infimo cui
libet, quē tuæ imbecillitati uisū est metuere. Quid de
inde nō assentādo effutis? Quis nō faueat eius digni
tati, q̄ uirtutib. euangelicis Chr̄m nobis resp̄sentat?
Nemo nō, siq̄s abs te talis reptus est. Atq̄ adeo dic
bona cōsciētia mihi, fuit p̄ctingētos retro aīos Rō
mæ Pōcifex, q̄ ad Euāgelium sese gereret? uel fuit hoc
rpe, q̄ ullā haberet in se probitatis micā, nisi quantū
tua adulatione ad.imeritæ laudis possessionē intrusi
sunt aliqui? Quia igitur nulla apparet amplius in te



EXPOSTVLATIO

grauitas, nulla plane cōstantia, & cum nobiscum pri-
 us egeris, hoc est, eadē egeris, nunc tergiversaris, ac
 ad hostes trans fugis, contraq; omnē rationē, & cō-
 muniem sensum falsissime pronuncias, neminē piūm
 nō fauere Ro. Pontifici: cum is, quod omnes uident,
 & cognoscunt, maxime impios babeat sibi deditos:
 patimur quidem alienari a nobis te, miseremur uero
 quod huc dementiæ ueneris, ut tam absurda contra
 conscientiam probes. Et siquidē sanari non uis, libere
 ferimus, illic potius perire te, q̄ nobiscum, Nam
 nobis leuibus fluxæ fidei hominib. opus nō est. Per
 fortes agitur hæc, & cōstantes. Vbi satis mirari nō
 possum, quod iactas, quosdā te Lutheranos technis
 allicere ad has partes, quosdā uero quosq; uelle rapere.
 Atq; igitur dialectice probas, non esse Euangelicos
 Lutheranos, quia euangelicum nō sit, technis et uero in
 suam quemq; factionē protrahere: præsertim cum nō
 ignoretur, hanc professionem nō esse minus periculo-
 sam, quā fuerit olim christiani nominis. Fatemur nō
 esse euangelicū id, quo minus etiam probamus tuum
 Romæ Imperatorē, qui nos uero ac uolentia sub suam
 autoritatē compellere uult: & cū renitimus, cœlestia
 quoq; fulmina. tanq̄ ipsius illa potestatis sint, demit-
 natur. Illi uero, q̄ has tibi technas admoliti sunt, hæc
 intendant uim, scire cupio, ubinā, & qui sint homi-
 nes? Teq; rogo dicas mihi, iocaris ne hoc an serio mo-
 ueas. Sed non iocaris, qui bis aut ter repetis, esse Lu-

H V T. C V M E R A S M O .

theranos, q̄ te primū technis, deinde ui rapere in sua
 castra sint conati. Modica fide, nulla fiducia esse de
 bent, quicumq̄ sunt, qui hoc machinantur, si ulli sunt,
 neq̄ Lutherani in ijs spirit⁹ tātillū est. Nisi tu hic,
 nos cōtemnēdi studio, uicanos quosdā, & de foro ni
 bili homines, nobis imputas. Sunt enim postremis si
 mi quidam, qui cum se aliquos uideri uolunt, ea dicūt
 ac faciunt, quæ à cōmuni abhorret cōsuetudine, tūc q̄
 uanitati suæ Lutheri nomen prætexūt. Hos tu baud
 ignoras à Lutbeto nihil habere, & dicere nō audes,
 idoneos esse, qui honestissimorum uirorum consortio
 adscribantur. Neq̄ facile credo, tantum esse odij, ut
 nos hac iniuria granatos uelis. Quæ potest esse autē
 Lutheranorū uis quæso, in tāta circum Germanorū
 Principum contra nos conspiratione? Equidem Bast
 leæ nihil audiui, quenq̄ pugnare, ut uel tu, uel qui sūt
 alius Lutheri esset. Et Vuittenbergæ baud dubito,
 quin nulli sint, qui tale studeant, cum quia hætenus
 secum esse te crediderunt tum uero, quia quo propius
 Lutherum uiuūt, eo plus ex illius spiritu bauriunt ho
 mines. Quæ Lutheri autē mens est, quantum ad dese
 ctionis per te concitandæ metum, non redemptū asse
 uelit. Prædicando Euangelium, coniuu xit et multitu
 dinem sibi, uel Christo poti⁹, & procerum bonā par
 tem. Idē sperat deinde facturum se, neq̄ inq̄ timet,
 nequid tu, uel quicumq̄ contra Euangelium obtineat
 ris. Ac certo scit, non defuturos, qui Dei uerbū intra

EXPOSTVLATIO

se se admittant. Quare etiam nihil minus curat, quã
 nel arte circumueniendo, nel ui cogendo, lucrifacere
 Cbristo homines. Vi uerbi cõfidit. Vbi igit̃ illi sunt,
 iterum quæro, deserti Lutherani, quib⁹ in aliqua pu-
 to solitudine cõstitutis, opus est conuictoribus? Ipse
 quidem, neq; cum ad Orientem me uerto, neq; cū ad
 Occidentē respicio, neq; cum ad Meridiē dirigo ocu-
 los, neq; cum inde ad Aquilonem intētus sum, quem
 quam uideo. Mirum ubi lateant igitur, qui me quoq;
 fallūt. Si prope sunt, quomodo factū est, ut Basileæ
 cum essem, & se mihi circūfunderent agminatim Lu-
 therani homines, obscuros istos non persentiscerem,
 aut ipsi ulro consiliū mihi suū non communica-
 rent, ut una studuissem, nouum facere te p̃selytum?
 Si uero longe absunt, quam tibi a longinquo uim fa-
 cere possunt, in tali urbe, tali gente? Nihil uerisimile
 inuenio. Itaq; non placet fabula. Commentum uideē
 multo maxie nugatoriū. Nã et hoc uero certū habeo,
 ipsi Lutbero iniquissimum esse te: quam ob causam
 uero baud satis scio, nisi quod prius dixi, famam es-
 se, non ferre te florentem iuxta alienam uirtutem,
 atq; omnibus inuidere qui simul celebrantur. Quæ si
 non fallit, multam habet ille materiã, pronocandi ad
 inuidiam te. Iam enim celeberrimum est hoc toto or-
 be nomē, quod a cunis etiam pueri uocare asuescūt.
 Et qui extra religionem banc sunt, Lutberi fama et
 ipsos adijt. At discite tandem tua cõtentus esse gloria,



HVT. CVM ERASMO.

nec deroga alienæ. Tuam magnitudinē peculiari uirtute metimur, eiq; nibildum decepsit propter Lutherum, in quo spiritum miramur, & uix comparabile illud intelligendis diuinarum scripturarum mysterijs acumen. Certe ab ipso amaris uere & ex animo. Ne que non solebas uicissim ipse, uenerari hominis uirtutem, ac uitam probare. * Sed nondum inquis malum Eridis proiecerat in mūdum ille. Hoc malum proijcit mi Erasme, qui quis profert Euangelium. Sed tu puero dicere uolebas, nondum me inuidia subegerat: nondum Romanae coeperant illecebræ. Proinde bonum uirum criminari falso desine: nequando hanc in te calumniam, si nemo alius, ille expetat saltem, qui æquis omnia oculis despicit. Si desierunt esse causæ (ut hoc item moueam) cur ames, credo non sunt etiam cur oderis: si uidentur esse, tamen melius quiesces in dissensione, ac alia interim egisses, ut conuicisti, utiliora multo. Laxari debent hac ætate tui labores, non intendi. Quid autem proficies istis, quos ad terrorem nostri iactas, Dialogis? nisi quod demereberis inimicos amicos, quos magno cum periculo colis: quorumq; sua su baudi prudentem, me iudice, permutationem fecisti. Nam quale hoc est, quod qui te ad scribendum contra Lutherum impulerunt, omnes aut pessimi sunt, aut potentissimi, aut utrumq; simul? Porro ipsa in se causa, æqua, an iniqua sit, uel hoc argumento scire licet, quod uirum hunc qui

EXPOSTVLATIO.

condēnant, inauditum, indefensum, et indicta causa,
 per vim ac iniuriam cōdemnant. Nemo rationibus,
 ut refellat, aggreditur: tantum maledictis ue xant, et
 contumelijs exagitant. Quod tibi quale uisum aliqui
 sit, tua scripta indicant. Ecce aliud autē, si improban
 di causā hanc rationes essent, inutiliter illis resistere
 tur Germaniæ Principibus, q̄ ad unū omnes in hoc
 uidetur conspirasse, ut nos funditus destruat, ac à ra
 dice (ut fertur) extinguant. Quos sic animatos scio,
 ut si uel per speciem honestatis liceret, quod diu iam
 agitant, cum uires sint, quib⁹ facile possent, nihil ne
 que citius, neq; cupidius facerēt, quam nostro se san
 guine inebriarent. Nunc magnæ ibi iniquitatis cōscijs
 sibi, quo minus audeāt, intercessionē uulgi, indigni
 tate rei se moueri, uerent. Itaq; cū hinc prohibiti, ali
 ter uideant stilo posse agi, te sibi, quo magis neminē
 alio qui perditum uellēt, precarium scriptorē compa
 rant, qui p se pugnes. Et pugnabis, ut cœpisti. Ita cō
 stitutum tibi est, cum quia speciosa apud aduersarios
 omnia sunt, nobiscum cōtra borrida & fugibilia: tū
 quia inualescētibus proxime illis, desperare nostram
 statim fortunam cœpisti, ac metu inprimis periculi,
 ne quid superatis nobis duri patiaris, alienandū te de
 disti. Quo intercesserunt illæ summorū hominum in
 uitationes, illa præmia, illæ promissiones, illa gloria,
 illæ triumphorum spes. Sic ademptus nobis es, sic illis
 deditus. Christus bene uertat. Nobis tamen præter



HVT. CVM ERASMO.

opinionē accidunt hæc, sed q̄a accidunt, æquis, ut par
 est, ferem⁹ animis. Hacten⁹ dubium seruaſti animū,
 caute admodū, ut alter Metius in occasionē intentus.
 Quamobrē in tantum auctis aduerſarijs, ut uictoriā
 penes nos desperes, quem pro uictore habes, ei te ad
 iungis, nulla bona conſciētia, sed uel mutuato a for
 tuna conſilio, uel illis uictus conditionibus uel metu, ut
 dixi: ne oppreſſis nobis, nihil in te mitius (qđ futurū
 ne ego quidē dubitauī) quam in quenq̄ noſtrū, ab ad
 uerſarijs conſulatur. Itaq; conſcius tibi, quid ad te ex
 hac re pertineat, modis omnib⁹ conandum ſtatuiſti,
 ut uel turpiſſime adulando, futuri uictoris (quemad
 modum tua fert desperata imbecillitas) animos præ
 occupes. Id quod iā effectum tibi exiſtimas, neq; ali
 quid dubitas, quin firmatis in te animis habeas ad
 uerſario. Sed uide quid certū ibi ſit, ac ualde tecum cō
 ſydera, num fieri tandem poſſit, ut hanc tu perfidiam
 alia luas perfidia. Equidem certum babeo, quod (ut
 cunq; tu uel ſperes, uel conſidas) pro dedito & capti
 uo accipiūt iſti magis, quam ut reconcilia:ū, uel ami
 cum. Primū timuerunt tuum ſtilū, experti, haud teme
 re. Deinde ſic putauerunt, nihil poſſe nos, te amoto,
 hoc falſo, ſed quod nos letari decet, per ſuaſum illis
 eſſe. Nam ſi hoc cōſilio (ut ego quidem arbitror) tam
 cupide ad ſe traxerūt, cadet in irritum ſua illis ſpes:
 breuiq; uidebunt, quā ſint opinione falſi, & qđ per
 te minime ſteterit, quo minus nos antehac (ut illi iā



EXPOSTVLATIO

Etant aboliti & extincti simus. Interim gratulentur
 sibi obtentum te, à nobisq; abductum. Nos nihilo se/
 gnus nostra curabimus. Atq; adeo bene agit. Quo
 nos adminiculo inniti credebant, succiderunt. Iam u/
 debunt, ut hæc fulta causa sit. Te ferebāt esse, qui
 unus posses, quod multi uane iactaremus. Igit̄ modo
 in diuersum abstracto, uidebunt, an indefensa sit ue/
 ritas. Tu præsidii, opinioe illorū, tu arx nobis eras.
 Occupauerunt. Habent. Tempus est, ut mundus co/
 gnoscat, quam facile defensu æquū sit. itaq; nihil nos
 mouet, neq; qd̄ potiri oprato illi sunt, neq; qd̄ tu in
 desyderatum tibi portum delatus es. Ii demum securi
 sunt animi, qui certum aliquid propositū habent. Te
 ad subita rerum flexibilem, neq; unquā certum, ubi
 pedem figas, ubi perstes, ubi consistas, cum eo pro/
 peras, quo te non fides ducit, sed cupiditas elicit, non
 officium uocat, sed addita conditione gratia abstra/
 hit, sollicitum esse oportet, ne cuius paulopost incun/
 dæ iterum mutationis necessitas proponatur: quam
 tamen sequi cum uelis, tum id integrum non sit: tan
 demq; eo redeat tibi res, ut qui occasionem expecta
 sti, primū adipiscendæ ex his tumultib; securitatis, de
 inde ingentis alicuius in te unum uertendæ gloriæ, is
 tandē desperata utriusq; partis gratia, ac i medio de/
 stitit, dignā tua fide utriusq; i te mercedē accipias,
 Vbi ego (nisi in te amare haududum penitus desissem)
 semel illos & recte laudauerim, si (quod facturos alio

HVT. CVM ERASMO.

qui cōiectura est) quisq; huius negocij euentus fuerit,
 dignis te modis accipiant, partium proditorem &
 quem nibilo sibi fiditorem, quam nobis fueris, præsū
 mere audeant. Scio quam sis magnus tu, tractādis se
 cundo affatu hominum animis. Sed quo sæpius bono
 fuit assentatio tibi, eo solliciti⁹ cogitare nunc debes,
 nequando infortunū eadem cōciliet. Putas enim fu
 turum, ut ament te isti, uel potius, ut odisse unquam
 desinant, à quo primam acceperunt cladis suæ pla
 gam? Non fiet. Non per Cbristum. Tanto minus,
 quanto nos ac ius in stiterimus, cepta psequi. Nam,
 quod pessime habebit illos, quādiu nos pugnabim⁹,
 pugnabunt tuæ simul nobiscum literæ. Neq; tu min⁹
 à nostra nunc parte stas, postquam ad illos descēdi
 sti, quam cum multa hic diligentia fidelicq; opa, ne
 gocium hoc agebas. Vel inuito te auxilia abs te sunt
 i his castris, libri tui, meliores illis, quos scribes post
 ea, si tamen scribes ullos, nec te turpiter mutata uita
 redium, ad mortem ante compellet. Q uamobrē, qd
 acturus istic sis, magnæ & sollicitæ dubitatiois est:
 hic quæ egisti præclara sunt. Et quod posses magnū
 alibi momentum facere? quas edere uirtutes? qd cla
 rum ad memoriā facinus? quam parere gloriam?
 quod decus? Hic ueritatem tuebaris, istic frau
 dem assereres. Hic pro libertate depugnabas,
 istic ut seruias adulando obtinendum est, certandū
 est. Hic habebas cōiunctum tibi optimū quemque,

EXPOSTVLATIO

Et uita ac eruditioe pbatissimum, istic socia barba-
 rie toties abs te debellata, Et stipatu cinctus hominum,
 in nulla non turpitudine Et dedecus, maleficium Et
 scelus pelium, quicq; tibi etia (certum est) animo af-
 fecti no sunt, omne humanum atq; diuinum fas oppu-
 gnabis. Quam tamen ut fortissime ibi naues opera,
 atq; hoc praestes, quo nihil magis uellent, ut uictos
 nos triumphandos ipsis propines, quae tandem laus
 erit uictoriae, quae ut ipse tu uel temere ominaris, uel
 ut Cayphas olim contra uoluntatem uaticinatus es,
 magnam Euangelicae ueritatis ac libertatis ruina se-
 cum trahet? Tu Et nosti, Et fateris, oppressis nobis
 nim passurum Euangelium, Et tamen ut opprimamur stu-
 dere audes? Quid posset fieri scelestius? quid magis
 impium? Hic tua tandem te prodete dilucet aequitas.
 Hic intima palam fiunt. Quid opus itaq; est, in spe-
 ciem honestatis multa abs te iactari? Hac una confes-
 sione apuisti totum te, ut facile omnib. cognosci det,
 Et quid deserueris, Et quid secutus sis. Vbi etsi di-
 gnus eras, atq; ita negocij ferebat ratio, ut pessime
 ab omnib. multareris, saepe tu Et cu maxime irascor
 tibi, redeunt in memoriam pristina: ut satis constitu-
 tum no habeam, utrum quae nunc facis, maiori odio
 accipienda, an quae olim edidisti magna Et immorta-
 lia uirtutis opa, stabiliori retinenda sint gratia, nisi
 qd haec ipse retractas, et qd maximu tuum est, Et pul-
 cherrimu in remp. Ob ristianam meritum, uideri no

H. V. T. CVM ERASMO.

uis, contra Ro. Episcopi, & illius scelestæ curiæ tyrā
nidem sensisse unq̄. Atq; hoc te tandē multorum gra
tia exiit. Hinc surgunt acerbissima in te odia. Quem
ego, si in tēpore monitor cōtigissē, magna cura, sum
moq; studio adhortari uoluissē, ut ne tam nulla de
causa, tātum pulcherrimarū uirtutum deformares et
foedares. Vtq; id, qd̄ est, uideres, ne maiore alibi gra
tiam corrumperes, quā istic initurum certū haberes.
Sed iam omnis sera admonitio est, mea superuacua
misericordia. Abreptus es, & ipse te abduxisti, ma
gno meo & pio cum dolore, illorum cōtra iactatione
& applausu. Quā tuam uicem ex animo doleo. Vi
deo enim hoc transfugio infortunium paratum tibi.
Video proditum ab ipso te, ac prope pditum. Nam
haud perinde, si resipiscere uelis, abitum explicare
istinc tibi licebit, ac ad nos tutus semper receptus erit.
Observabunt te locis omnibus, omniq; tēpore, & cu
ra in officio tenebunt, uolētem, nolentem. Quanq̄ si
recipere te uelles, esset forte cōsiliū uia, qua nobis red
dereris. Sed neq; uis si liceat, neq; si uelis, per pudorē
tibi licet. Ita iam obnoxie in illorum concessisti pote
statem. Ita arcte deuinciēdum te præbuiisti, dato etiā
pignore, illa ter infelici Epistola, qua ueluti classicū
cecineris, sic in pugnam utrinq; animos expediuisti.
Verū hoc modo facta tibi apud illos fide) ut tu qui
dem factam putas) etiam ad nos dexter uideri uis,
sumptaq; piaculari illa pelui, ac lustrali aqua ablutis

EXPOSTVLATIO

manibus, cum iniquo iudice praclamas. Ego quidem ab oppressione Lutheranorum innocēs sum: iube scq̄ *ad te confluaui, consilium, quod unus tu, non sine magno rerum humanarum commodo, dare scias, ac cepturi. Et à sumis Principibus, quibus nihil fas est te negare, deprecaris, ne cum Lutheranis conflictandi negotium tibi delegent. Vis enim equitatem tuam probatam esse omnib, & per omnem uitam pro uiribus cauisti, nequid ex te molestiae rediret ad amicos. O iactationē ab tuo alienissimā animo. Quis reptus unquam est, qui tam uarie, tamq̄ mobiliter et lubricè omnia diceret ac faceret? Est uerecundia tibi hoc ætatis, aliud uerbis promittere, aliud reb. exhibere? Eadem opera cum comico Gnatone dic, Postremo imperaui egomet mihi, omnia a sc̄tari. Quis posset uero tam esse eloquentia instructus, ut ad tua respondens, tenorem serualet, & ordine ingrediatur, cum sis tam uarius ac multiplex? Mibi quidē sic occurris, ut plane ignorē, quo teneā uultus mutantē Protea nodo. S; frustra posthac imutabis te nobis. Nunq̄ deinceps falles. Hic autē quis tam excors est, ut nō intelligat, cui tu fraudi quam simplicitatis speciem imponas? Non uis oppressos nos. At iam hunc coepisti conatū ante, infestāq̄ iecisti aleam, magnis editis minis, magnoq̄ proflato terrore. Offers cōsiliū. Hoc uero quis accipiat ab eo, qui iā aduersario promisit? quicq̄ plane hostis est? Nos te consulemus,

HVT. CVM ERASMO.

quod bene nobis uertat, cum eodē tempore quo consti-
 lium promittis, quasi in magna hoīm tui expectatiōe
 proclames, non defuturum te sedī apostolicæ? Aut si
 pacem inter utroq; cōponere uis, quid pugnā alteri
 is hostiliter adeo & turbulente infers? Quam facile
 uero poteras supersedere à totā re, ac in utranq; aurē
 conq̄iescere, excusata uel ætate, uel illa circa res pu-
 blico utilissimas occupatiōe tua. Porro si cordi est tibi,
 quod dicis, æquitatē præstare, nō respōdēt quæ ad-
 uersum nos aggredieris. Sunt enī longe iniquissima
 quædam. Et si fuit semper pacis studiū tibi, qui fieri
 potuit, ut cum ledere neminē uolueris, nos potissimū
 iniuriæ uideamur opportuni tuæ? Quis te in nobis
 mutare primum mores & uitæ institutū coegit? Vel
 quid causæ est, cur tu alibi moderationē tenere soli-
 tus, tam inclemētem in nos impetum des? Nos eius-
 modi sumus, ut primi & soli ingenitā Erasmo lenita-
 tem efferemus? Verum aliter habere hæc, audiui ex
 amicis quosdā tuis dicere, qui male aliquādo abs te
 habiti, deum atq; hominum obtestata fide querebā-
 tur non solum leuem te, sed fallacem quoq; & insidi-
 osum. Quos tamen nemo audiebat tunc. Tuæ enim
 erant omnium aures atq; pectora. Et satis habebas,
 quæ illi accusabant, satis imputare, ac in illā reiscere
 Homericam Aen, pulcre, & ut nunc uidemus plane
 Erasimice. Verum interim, talis cum sis, belle conue-
 nire tibi cum Germanis. ad morū rationem dicis.

EXPOSTVLATIO

Imo non Germanorum sunt hæc, sed leuitatis & inconstantia plurimum peregrina, hominum qui quouis momento uerti ac reuerti possunt: quorum nihil stabile, omnia ad incerta fortuna mobilia et lubrica. Proinde in Italia, & ad illos in fide abs te acceptos Romæ Cardinales, faceffe binc talia, ubi suis cuiusque moribus, suoque ingenio uiuere licet: aut ad illos remigra Gallogermanos tuos, si forte patriam sit hoc illis commune tecum uitium. Quinetiam nisi quaedam nostris intolerabilia temperas, postulandum abs te communi Germanorum omnium consilio, etiam orandum censeo, ut migres alio: neu iuuentutem insuetis huic nationi uitis leuitate & incostantia, tui exemplo diutius imbuas. Praesertim uanitatem hæc auctoritas cum proferrat, & dignum arbitrantur homines, quem imitentur, sitque adulescentum prope nemo, qui se non, cum in studijs per te profecerit, in mores quoque tuos, quorum imago libri sunt, formandum censeat. Tantumque auctor ero omnibus fugiendi tuos mores, quantum semper fui consecrandi studia. Neque non ubicumque licebit detegam tuos fucos, et ubique obstabo, quo minus callidissime caprata per te in hac iam re simplicitatis opinio, ad reliqua obtegenda posthac dedecora tibi ualeat. Quod si me audient homines, frustra obijciendis pro tempore praestigijs confides. Nec tu quenquam deinde figuratis istis tuis ambagibus delinitum dabis. Hæc coegisti me nauare opera aduersum te, pro quo



HVT. CVM ERASMO.

mallem aliam, si tu alius esse uelles. Cum uero decreueris contra uirtutē & pietatem confirmare malos, eijciam inuit? licet multa ex animo, quæ solebāt esse mihi præcipua in ita tecū amicitiaē uincula. Nā quid tua ego benefacta memoria teneam, quæ uis ipse perpetua obliuione ex hominū animis adempta & abo-
lita? Et quæ pulcherrima egisti atq; utilissima, nō tā-
tum improbas & retractas, sed contraria quoq; pro-
fers. Iterum dico, miseret me tui. Sed tu te dignū mi-
sericordia uideri non uis. Ita occæcatū reddiderunt,
qui te peruerterunt. Quibus quam facile poteras res-
sistere, si uir esse uoluisses. Certe si nihil aliud, salte-
meminisse debebas, perpetua te nobis uerecundia ob-
strictum. Quorum ut quisq; sæpius ad hæc conandū
per te instinctus est & excitatus, ita pudendū magis
ruborem expresserit, si in faciem occurret unq;. Hunc
tu pudorem quomodo feres? Aut ad me qua fronte
eris, si quando incidero? Nisi haud est hoc primū, sed
ante etiā sic deprehensus es, & consuetudine occallu-
isti iam. Equidem difficilem rem iudico, ac ualde mi-
ror an sit, quem agere talia non pudeat. Quo minus
metui, in te casuram istiusmodi motū. Quæ solebas
ferere et plantare ipse, quæ instinguere et suggerere,
in ea nunc, ueluti piaculum quoddam sanguine luen-
dum, uiolēta ista tua eloquentia increpas. Quæ pos-
set magis in contrarium fieri mutatio? At id ipm̄ fa-
cis adhuc neq; ardore mētis, aut animi motu uel con-



EXPOSTVLATIO

scietia instinctu, neq; ut causæ toties abs te p̄bata
 diffidens, sed ambitiois (ut equidem existimo) duciu,
 & quia plures uides, imprimis potētissimū quemq;
 in diuersam partem inclinatis esse animis, quā ut ob
 tenturos nos quod conamur arbitreris. Forsitan &
 munera habes. Quam de te suspicionem facis in tuis
 ipse literis, iactanter confitens, ingētia polliceri illos
 tibi. Certe magnum aliqd & necessariū incidit. Pla
 ne nulla te nobis p̄ba causa abalienauit. Sed ut nul
 la hæc suspicio sit, neq; te illo abduxerit tale quicq;
 hoc tandem iterum responde mihi, quo honestatis
 prætextū speres te oppugnaturū eas partes, quas sen
 tis ipse, si deuinci unquam cōtigerit, *magnam Euan
 gelicæ ueritatis ac libertatis ruinam secum abstractu
 ras? Tam leui momento Christi in te fides resider,
 uel adeo obstinate decretum tibi est, secunda istis lo
 qui & scribere, ut etiam cū de Euangelio decedere ali
 quid oportebit, aliud tamē facere nolis? Ut ne istud
 pensi habeas, quanto cum dispendio famæ & existi
 mationis tuæ, in illorum te dignationem insinues, cū
 hoc ætatis per æqua, p̄ iniqua, potētissimorum homi
 num fauorem captas. Id quod ego facturū unq̄ te, ne
 suspicari quidem ausus fuisssem. Quinetiam iureiura
 do pro te obstringi non dubitasssem, mansurum in of
 ficio, ac nihil facturos eos, qui annos iā plus quinq;
 nullis non illecebris animos sollicitant. Ita obstina
 tum pro ueritate credidi. Quanquam nō fallebat me



HVT. CVM ERASMO

interim hoc secum coquere ipsos, ut è nobis aliquem,
 nostriq; generis, cõpararèt sibi, quo ueluti antesigna
 no contra nos uterentur. At quis te potissimũ ibi mu-
 taturũ fidem credidisset? Igitur mea falsa est opinio,
 falsa bonorũ omnium, illorum uero minime irrita spes.
 Quid nõ hoc ego exclamem igit? Nusquã tuta fides.
 Qui eras primum et ferè inuictũ sanioris doctrinæ se-
 minariũ, utile multis ac salutare, eum in ueritatis pro-
 pagatiõne moratorem nobis opponi. Què gaudebant
 homines caput esse & principẽ, oppugnãdis Christi
 hostib; eum totũ esse illorũ nunc. Quis hoc portentũ
 suspicatus est? Mibi certe raro ulla res sic præter opi-
 nionẽ accidit. Tam igitur unus eris tu, quem illi respici-
 ent, a quo spem trahent suam, cui fidãt. Omnibusq;
 fessis & languentibus tu succurris, qui animos intẽ-
 das, uigorẽ excites. Quippe baud ita multo ante iacu-
 it res, tu in tẽpore ades, qui necessario interposito au-
 xilio erigas. Pro desperata habebat causa, tu inuict;
 es, q; redintegres. Neq; aliquid ibi momentũ fuit ad
 manendũ in fide tibi, meus syncerissim; in te amor,
 mea cognita sæpe tibi & perspecta beneuolẽtia, meũ
 studium, me; ardor, mea fida et anxia ubiq; ad tuas
 de inimicis querimonias animi cõmotio. Sed quid de
 me ego cõmemoro? Aliquid tandem curæ fuit, quod
 quas partes desereres, inde ius & æquum, fas &
 pium starent: ad quas transfugeres, ea humanistã
 tum opibus, & impotenti fulcèrentur tyrannide &

EXPOSTVLATIO

Quid abest igitur, quin Euāgelio quoq; bellum indē
 cas? Sic te cupide illius hostibus adiunxisti. At fuit
 tēpus cum de te dicebāt homines, læticia tunc fremē
 tes, cōmunemq; inter se uicē gratulantes. Hic tandē
 inuentus est, diligens & industrius, ad sacrarum scr
 pturarum explanationē operarius. Hic nobis cōtigie
 ueræ pietatis restaurator, qui mutatā ab seipsa Chri
 stianā religionem, profligata superstitione redinte
 gret. Qui circumfusum ueritati fumum discuties, ma
 nifestam eam reddat, & cognoscibile. Qui Ro. Pō
 tificum fraudes detegat, & quæ temere, aut ambitio
 nis ac auaritiæ studio per illos nouata sunt, ad anti
 quam rationē, & genuinum statū reducat. Atq; hic
 audet tyrānis reclamare, & uinctam ab illis Christi
 anā libertatē, soluere ac emittere. Hoc fuit amplū ti
 bi. Hæc uera laus. Hæc ad omnes nationes præclara
 fama. Nunc induisti nouum hoc repēte ingenium, et
 tanq̄ ab errore te recipias, ita relictis signis, deserta
 statioe, proditoq; præsidio, in hostilia castra trāsfi
 gis. Vbi cum fouēda fraus, & cōmunienda sint scele
 ra, qd aliud dic mihi quā impugnabis ueritatē? Tui
 me igitur miseret, tuamq; ex animo uicē doleo. Iam
 enim uere miserabilis es. Verum si me audis, pedem
 referes, & uel tantum progressus, reuertendum te da
 bis, memor ueteris prouerbij, satid esse recurrere, quā
 male currere. Nam (quod sæpe inculcandum tibi est)
 si aliud nihil, certe in summum discrimen adducis

HVT. CVM ERASMO.

famam atq; existimationem tuam. Quod illi quidē
 nō ignorant, qui te nobis abstulerunt: sed fuit hoc im-
 probis consilium, aliunde atcersere aliquem, cuius le-
 ui ad se iactura, communi omnes defungerentur peri-
 culo. Quod cum maxime cogitarent, tum tu unus ad-
 id uisus es idoneus, atq; hoc illis statim psuasum est,
 solum esse te, qui ingētem in nobis trepidationē pos-
 sis edere. Quod ut possis, quæ tandem prudentia est,
 spectare quid uales, nōn quid te deceat? Tu illa eris
 fida pessimorum hominum spes? Tu illud iam ante
 desperatum præsidium? Illud sustinēdis atq; arcēdis
 nobis arx? Et si Christo placet, illud eris tu columen,
 quo spem omnem suam, magnæ cum fiducia delegent
 impij? Quā uellem hanc animo tuo funditus eximere
 sententiā. Sed nō audies me, neq; decere te putabis,
 ut à inuene consilium accipias. Vellem igitur cogere
 possem, ut respisceres. Non quemadmodum Lutera
 nos illos scribis, ut conari in suam sectam protrahere
 te, sed amicitia studio, ut uel inuitum à circumstan-
 tibus malis eriperem. Libenter eam tibi ad tempus
 molestiam obijcerem, quæ magno post solatio futura
 esset. Sed neq; hoc licet, neq; illud tu permittis. Et iā
 decretum tibi est, à cœpto nō desistere. Neq; deinde
 fines ueritatem oppugnandi uerecundiā imponi tibi,
 aut dabis hanc saltem consciētiā. Manebis in autho-
 ritate Summi Pontificis. Defendes Romanā Ecclesi-
 am, atq; illam per nos pene exhaustā iā ante Curia

EXPOSTVLATIO

frequentari facies. Vindicabis ab interitu Ius Pontificum, & illos restitues à nobis prope iugulatos Canonones. O factam in deterius instituti mutatione, malignam admissam prauitatem. Hæc tandem erunt securissima illis scripta. Hi blandissime arridebunt libri. Quid nobis igitur? Nuncupanda puto nota sunt, audeunda templa, ac omnes passim ambiendæ aræ, & orandus Christus, ut abs te tali nos defendat? Imo de nobis ipsis secutis, pro te ut amico supplicandū, ut mentem recipias, & ad sanitatem redeas. Ne de publico oprime in hunc usq; diem meritis, hoc tandem nec opinato dedecore, ingentem pulcherrimum beneficiorum molem eleues, et recte factorum ante memoria obliteres. Sed maiora sunt, quæ pollicentur isti, quam hic possis perdere. Vtinam quidē sint. Verum haud uideo, quos possis nouos fructus facere, illis iamdiu abs te decerptis uberiores, quam gloriam parere illa pristina solidiorem. Imo ipsum hoc plane uideo et cognosco, omnem te hoc instituto antea uitæ fructum perdere. Veram illam & incōparabile, partam uirtute & labore tibi gloriam, in miserabilem præcipitare ruinam. Quam procliuè itaq; est, falsam querentibus laudem, inuenire dedecus. Atq; igitur toties repero, quæ de te in uulgus fama putas erit? Quid loquentur homines? Quid sentient? An millesimus aliquis erit, qui aliud credet, quam magnificæ alicui largitioni, aut excelsæ cupiæ honori imminere te? Atq;

H V T. C V M E R A S M O

utinam fallat hæc omnes opinio. Sed multū uereor,
 ut te alicui satis purges ibi, & me inter alios ualde
 hæc tentat cogitatio, non gratis concessum de uete-
 ri instituto tibi. Profecto uideñde est noua hæc fidu-
 cia, cognitū habeo, ex icerto nō sumere hos te animos
 sed esse omnino aliqd, qđ primum excitauerit, nunc
 ferocem quoq; reddat. Quid est hoc enim, quod qui
 imperium habent in te, utpote illa agnoscentem Ro-
 mæ capita Ecclesie, ij precibus ut banc sibi operam
 des, ac blandis admodum Breuibus abs te postulāt?
 Nonne fortissima debet hæc esse omnibus non suspi-
 cio iam, sed opinio, in re turpi posse te imperium de-
 tractare, illecebris & spei opimam quandam merce-
 dem, & minime contemnēda operæ precia ostentan-
 ti, facile concedere? Igitur cōcede, & quod suscepisti
 negocium psequere, ac fortiter in rem Pōtificis na-
 ua operam. Per me nihil stabit, quo minus coeptum
 pigas, nisi quantū tuo bono uellem supsedere bis te,
 & ex amore debortor. Tu uero obfirmatus animo,
 agis atq; ruis, ac hostiliter omnia facis. Quoq; ma-
 gis significes, quid pposueris, talis subito prodis, tā
 uebementi in nos primo statim impetu proueberis, ut
 omnem præcidas nobis reducendi tui spem. Proinde
 istam imple expectationem istorum, qua diu iam uo-
 luerunt aliquod esse caput ueritatem oppugnantium.
 Accingere. Iam matura res est, digna senectute tua,
 occupatio. Extende uires, ac insta conatū, ut in

EXPOSTVLATIO:

illum ascendas præcipitem locum, unde multi ante te deciderunt. Non impromptos habes aduersarios. En expectat bellum, quod declinare non potest, illa p te solo æquanda Lutheranorum factio. Vigent animi, certa q̄ sulti spe, & æqui ac honesti consciëntia freti, nihil, quocumq̄ uocaueris, detrectabunt. Quinetiam ut quæ fiducia sit uideas, quanto in nos acrior coortus fueris, tâto accipies in tuenda ueritatis causa alacriores. Et scribes tu quidem multa disertissime: nos nihil accurate excolentes, quod scribendum erit, uita ac moribus nos probabimus, & animorum in ueritatis studio constantia, fidem nobis apud homines faciemus. Neq̄ dubitamus, tantum obtenturos nuda ueritatis oratione, quantum tu possis inani uerborum fuco. Abunde ad dicendum uirium est, ubi conscientia non laborat. Quanquam ut prius dixi, pars tui à nobis stabit, ac in bis erit castris. Neq̄ magis nobiscum erit hoc tibi certamen, quam cum tuo ingenio, tuisq̄ monumentis. Contra te ipsum disertus eris, & in propriam eloquẽtiam eloquens. Colluctatio erit tuis inter se scriptis, & mutua reciprocatio. Quo minus pergas igitur, siquidem aliud non uis, per nos haud stabit. Nihil hic trepidatur. Nullus timor est. Nulla est nutatio. Iam eo gradum fecimus, motis in ueram religionem plurimorum animis, unde per te deijci periculum non est. Tuum uero, imminens studio huic rei animus (neq̄ enim ostentas iam bellum hoc, sed

HVT. CVM ERASMO.

plane geris) ut tractare cōuenit? Obtestandus ne per
fidem & amicitia tu, ut ne partes deseras? At proba
rior hæc est causa, quam ut ullius, nedum eius, qui fi
dem & amicitiam magni non facit, & monitores ab
se excludit, præcarium sibi patrociniū postulet. Aut
inuoandum cœleste numen, ut uim à nobis tuam pro
pellat? At timere nescimus aut ambigere ueritatis as
sertores, & sancta illa nisi fiducia, nihil magnopere
formidamus istas in te raras naturæ dotes, ingenij
uim, eloquentiæ robur. Sunt & nostræ contra nobis
opes. Quid faciendum igitur? Decertandum omni
no, & cominus congregiendum: ut intelligat omnes,
quam iniquam rem, quam uiolata, ac prorsus consti
prata conscientia sis aggressus. Hæc profecto
uia est, hoc optimum consiliū: quando
nec pietatis ratio, nec nostra a
manter tentata commo
nitio, locum apud te
habent. Vale.

* *

e ij



ERASMO ROT. OTHO
BRUNFEL. S. D.

Famam nobis prostituisti integerrimi & clarissimi
uiri Vlrichi Hutteni, multa in hunc affingens men-
daciter, sicophantice, & fraudulenter, multa etiam
in uiros bonas, et qui ab Euangelio sunt. Feres itaq;
benigne, si & in te dixerimus quaedam, accusatiōis
que nostrae rationem aliquam dederimus tibi. Non
aequum fuit, nos amici causam deserere, qui uindica-
re seipsum non potest: multo minus blasphemijs tuis
ut applaudamus, quibus in scripturam quoq; impius
es. Age quod uis, pinge ut lubet uicissim. Scio nihil
deberi tibi in hac uita, quam perpetuam ignomini-
am & confusionem. Vix poteris peiorem pingere,
quam indoctum, inglorium, obscurum & peccato-
rem. Talem me haberi uolo, & is sum. Solum hac
non dono, ut uel me, uel quenq;, cui cordi Euangeli-
um est, impium uoces. Atque nisi deseris ab ijs nu-
gis, detracta semel hac larua tibi, scripturis palam
faciemus qui sis. Neq; deerunt qui operam suam no-
bis locabunt, inuaduntq; conatus. Nouimus em̄ bul-
cus ubi tangendum tibi est, Hoc dictum tibi babe, &

V A L E.

OTHONIS BRUNFEL

SI I, ad ea quæ sunt ex prima Erasmi
ad Zwinglium

RESPONSIO.

ER. Quid excogitari potuit alienius ab omni hu
manitate, fideq; Germanica.

OT. Vt alienum a fide Germanica, non tamen
a Christiana fide, qua renouamus desertores, expo
stulamur cum ijs, qui omni uento doctrinæ circumfe
runtur, exhortamur infirmos in fide, ut formam ha
beant sermonum sanorum: quæ quàm absint etiam
ab Germanica fide, non uideo.

ER. Qui Evangelico negotio perniciosius, aut se
lubet etiam Lutheranis?

OT. Hoc nesciebamus, sic esse in manib. tuis Lu
theri negotium, ne sit nunc ruiturum, uel quod possit
obesse Evangelio, humanum peccatum.

ER. Interim nec Pontifici parcens, neq; Cæsari.

OT. Itaq; debebat, ut audio adulari Pontifici, be
nedicere ipsius tyrannidi, & impietati: debebat gra
tulari quibusdam Principibus, qui magis confrege
runt iugum, ruperunt uincula, & peruerterunt iude
cium Dei sui? Hoc Erasmus faceret fortasse.

RESPONSIO
OTHONIS BR. AD EA
quæ sunt ex secunda Erasmi ad
Lectorem Epistola.

* *

ER. Mors quæ miserum tot malis uel exemit ue-
gentibus, uel subduxit imminentibus.

OT. Hæc apud te, atq; tuos maxima est ignomi-
nia, sic malis affligi, & miserum esse in hac uita, uer-
sari in uarijs periculis, esse sicut ouem occisionis tota
die. Apud nos uero summa felicitas est. Atq; ideo
beatam dicimus mortem, quæ dissoluit, & lucrificat
nos Christo: beatos uocamus, qui hæreditatem hanc
filiorum consequuntur.

ER. Libello sicophantico, tantum inuidiæ, tantumq;
labis conciliaret, tum sibi, tum bonis literis, tum ne-
gocio Euangelico, tum Germanico deniq; nomini.

OT. Quid nero Euangelio, & literis, et Germa-
niæ cum uestra tragœdia? Veluti nemo sit posthac
lecturus meliores literas, nemo auscultaturus Euan-
gelio, nemo futurus integer Germanus, quia ausus
est semel aliquis in faciem resistere tibi, & arguere,
quod ad ueritatem Euangelij non recte ambulas. An
non & Paulus Petrum reprobendit, idq; in facie to-
tius Ecclesiæ? Si ob hoc sicophanta tibi est, tamē nul-
li bono est, & qui integritatem hominis nouerunt.
Euangelico negatio sic obfuit, ut uideamus hoc nūc
n toto orbe florere, uolentibus, uolentibus tyrannis

AD SPONGIAM.

omnibus. Germanico autem nomini, utinā nemo sit illaturus posthac maiorem contumeliam, & eius integritatis & iudicij essent omnes equites Germani. Lutherus uehemētissime semper complexus est, non quia seuerius agebat quædam, sed quoniam candido animo agebat, & rectissimo zelo.

Sed impudentissime inquis, sese ingessit, expectare Pontificis uocationem debebat. Sed ille neminem bonum uocat. Itē inciuiliter & impudenter dixit quædam. Dixit palam, & citra pudorem, Pontificis regnū ex diabolo esse, turbas monachorum et factiōes sacerdotum esse ab Antichristo, raptores esse, fures, sicophantas, & hypocritas, dignos quos ex hoc orbe etiam ad Turcas profligaremus. Si hoc est impudenter se ingerere, uide, ne hac tam abominanda impudentia uerum dixerit.

OTHONIS BRUNFELSII

ad ea quæ sunt ex Erasmi Spongia.

RESPONSIO.

ER. Tantum enim Spongia deterfurus sum.

OT. Imo ne centum adhuc Spongijs.

ER. Nihil criminum aut conuiciorum in aduersarium regeram.

OT. Hoc certe decuisset Theologum hominem. Sed ad quid appellas, hominem perfrictæ frontis, hominem nullius pensi, imprudentem, & Gnatbonem?

Quorsum spectant, & alia uenenatissima scōmata?

RESPONSIO

Et mordacissimæ ironiæ? An non sunt ista conicia,
E R. Dabitur hoc uel amicitiaë pristinaë, uel meaë
 perpetuaë consuetudini.

O T. Tuæ perpetuaë uasfriciei et fraudulentiæ, quaë
 lingis et pungis, mordes detibus et predicas pacem,
 qua ex eodẽ ore calidum spiras et frigidũ, qua una
 manũ ostentas panem, et altera lapidem celas. Hæc
 consuetudo si tibi perpetua est, pessima est. (mus

E R. Scio nõ fert cõtempiti Hutteni Generos? anĩ

O T. Hoc adeo tibi persuasum babe, nõ tulisset cru
 entam et asperam Spongiam hanc.

E R. Proinde cum multos lacesterit antehac aci
 dis libellis, nec ullus illũ hactenus respõso dignatus
 sit, et hoc honoris feret à ueteri amico.

O T. Sed alteri feras hos honores posthac. Laces
 sinit quosdã optime certe meritos, et insigniter flagi
 tiosos, et pditos homiẽs Curtisanos. Hĩ si nõ rĩde
 runt, hæc causa fuit, quoniã qd respõderent, non ba
 buerunt, aut procrasie et ignauia sua nesciuerũt.

E R. Huius tragœdiaë probœcium extitit.

O T. Extitit prorsus, Oportebat enĩ belli quoddã
 auspiciũ esse. Vtinam autẽ occasione tu rescidisses,
 quod optime poteras, et illam nõ passus fuisses domĩ
 nari sibi philantiã, qua præ te omnes Germanos cõ

E R. Me grauatũra esset inuidia. (temnis.

O T. Vel hic apparet quo animo i Germanos sis.
 Sed num ideo reppulit peccatores et publicanos à se

AD SPONGIAM.

Christus, quia inuidia grauaturi erant apud pontifices,
 phariseos, & optimates se? Haecine est illa doctrina
 tua, qua doces personarum respectum apud Christianos
 superstitio sum esse, neminem esse ceterumendum, &
 animas esse ponendas pro fratribus? (cōsciū esse.
 E R. Scripsi Hutteno meum animam nullius, mali sibi
 O T. Hoc primum refugium est fraudulenti, ut cum
 fuerit deprehensus, dicat, non feci, neque ille uolebat hoc,
 quod tu tibi conscius esses, sed de scriptura ut expostula
 ret tecum, ex qua ludibrium facis, & quod nimium priu
 dentiae intendis tuae, hominumque prescriptis. Nunc dam
 nans, quam aliquando probabas nunc rursus probas, quae dāna
 bas, quae pro uarietate personarum aliam atque aliam induis fa
 ctum pro tempore, et quod non tam uertūnus uariū est, quam tu
 tibi in oratione es dissimillius. Haec sunt quae in te im proba
 uit, uita uero et eruditione, et eloquentia, nunquam im proba
 uit. Sed audi de hoc etiam ipsius uerba. Ego quidem haud
 puto, inquit, neque ulli christiano, multo magis docto
 theologo, esse simulandum. Ethnicus quoque scriptor simu
 latione dānat. Tollit enim inquit, iudicium ueri, idque ad
 ulterat. Tanto minus quod tuū est statū, simulatio ac dissi
 mulatio cōuersari hominibus te decet. nos omnia dura & ad
 uersa facere & pati, ut constet libertas, par est. Tu
 necubi offidas, ne suspicionem quidem ut labores, id uide
 dum est omnibus. Si uictoria sequeret hos conatus, nemo
 uti mallet: cum quod immet periculi non uereris etiam amicis si
 morum cum insectatione declinare. Haec Huttenus.

RESPONSIO

ER. An hoc quod moliretur conduceret publicis studijs, negotio Evangelico, ac rebus etiam suis.

OT. An publicis studijs aliquid profuerit parum refert. Negotio Evangelico, si non profuit, nihil obfuit: ac ne suis etiam rebus, quas destinauerat hic semel, ne diues fieret, vel spectatus in hoc seculo.

ER. Retulit epistolam atrocissimam.

OT. Sed multo crudelius erat uulnus, cui medicandum fuerat, & poscebat tale malagma, pessima plaga tua uebementer.

ER. Proponit aliquot crimina.

OT. Nihil non fecit, & nullam medicinam expertus non est, quo rursus lucrifaceret te. Nunc blanditur, nunc monet, nunc arguit, nunc opprobrat quædam antea adserta per te, nunc obsecrat, rationem ut habeas senectæ & eruditionis tuæ. Nullum tamen in signe flagitium impingit, nisi perfidiam, & quod in aduersariorum castra perfugeris: cuius sceleris te adeo non pudet, ut quædam etiam apertissima in libris tuis, quæ faciunt pro negotio Evangelij, nunc neges & recantes.

ER. Et interim promittit libellum se intra triduum missurum.

OT. Fieri potest, ut descriptus ab Luca quodam Turcigii peruenerit, sed eodem tempore quo redditus est tibi tuus. Et quid, si uulgabat etiam ante redditionem, cum nihil uolebat quam quod etiam orbis sciret eam

AD SPONGIAM

Expostulationem? Alioqui fraude & industria impo-
nendi factum nihil est: & si aliquid est, Hutteno
factum est clam.

E R. Respondit paulo mitius iam extincto Franci-
sco Sicbino.

O T. Sic liberum est tibi, quicquid in buccam uene-
rit, suspicari, iudicare, nugari. Nam de Siccingiana
foedere, quid est quod tibi cōpertum esse possit?

E R. Sed hic cōgressus pmanaturus erat Romam
ad Pontificem, in Hispaniam ad Cæsarem, ad Bra-
bantiam, ubi strennuos habeo sicophontas. In Angli-
am, qui me uolentem nolentē faciunt Lurberanum.

O T. Nullibi uero erat permanaturus, si purpura-
tus quispiam Traso petisset alloquium, uel personarū
Episcopū, hīs utiq; asurrexisses, hos excepisses, se-
lutaasses, intromisisses. Nunc autē nihil conuenit tibi:
cum peccatoribus, & Lurberanis hereticis. Sed quā
tantundem Romam timebas Babylonem illam?

E R. Erat magnæ humanitatis fateor, quod Hute-
nenum admiserant, sed maioris, quod dimiserunt.

O T. Si Erasmiāne fuissent Spongiæ, non dimisis-
sent: sed longe alia est, inuicta semper Heluetiorum
gens, quæ ut pro perfidissimis Papistis sanguinem tra-
dat innocentium.

E R. Utinam autem Huttenus sic se gereret, ut bo-
norū humanitate perpetuo posset uti.

O T. Nunquam est abusus: ut uero perpetuo frue-

REPOSIO

retur, neq; ui sum est consultum, neq; cbristianum. Nam quorundā doctrina & uita, cum Euangelio pugnabāt, à quibus expediebat separari. Neq; amicitia est, sed simulatio, quæ cū Euangelio nō est cōiuncta.

ER. Sed ij q; permittebāt hospitiiū, admonebāt, tēperaret a uerbis unde tumultus aliquid nasci posset.

OT. Hoc alioqui erat factururus, etiā si non admonisissent. Nam utcumq; atrox erat in stilo, in familiaribus colloquijs, uix quisquam illo fuit uel humanior, ut dixisses, non esse qui scripserat. Testantur hoc & illi qui undiquaq; ex alienis terris, ad se uidentum commigrabant.

ER. Quid hoc ad me, qui uix subsisto aduersus inuidiam.

OT. Sed an non satis subsistit, & potens est, qui est cbristianus? Et si tantopere innocens es ab Lutherana factione, quid times, ne coelum ruat? Tutissimus est, quem innocentia tuetur.

ER. Cardinalis Mogontinus iam pridem Hutternum e familia dimiserit.

OT. Cardinalis ille qualis qualis est, neq; eiēcti, neq; libenter dimisit ab se; subtraxit aut̄ ultro se ex aula, cū iam tantæ essent insidiæ ab Romanis sibi, ut tuto uersari nō posset. q̄p̄ ne hæc quoq; est prima causa. Sed qm̄ uolebat arcere illi calamū Cardinalis, ne scriberet in Curtisanos, non passus est adimere sibi hanc licentiā. Interea tñ reuocatus est p̄ literas, non se

AD SPONGIAM

mel, iſſq; manu Epi ſcriptis. Solus enim erat, q̄ auſ
debat libere admonere Epiſcopum.

E R. Fr̄ciſcus Siebenius, quo cōſilio dimiſit Hut
renum ab ſe, niſi quia uitabat inuidiam?

O T. Quod neq; ob inuidiā dimiſerit, neq; unq̄
malo animo fuerit in Huttenū, teſtes appello illiꝝ ſu
perſtites filios. Quod ſi nūc uiueret integerrimꝝ uir,
recogeret & ipemet hoc in iugulum tibi. Quanq̄ qd
eſt hoc criminis, etiā ſi dimiſſent, Cardinalis, Siebū
gius, oēsq; Principes? uel ſi totus in hunc cōſpiraffe
orbis? cū hodie multos pbiffimos uiros uideamꝝ pro
ſcribi ex aulis, propter Lutberum, deſiciq; ab Sacers
docijs, dignitatibus, officijs, nō ſolū ne cōmoneāt inuā
diā, ſed q̄ grauis eſt etiā ueritas, atq; hoc tandem
uerum præmium Euangelij eſt.

E R. Qui Hutreno ſanguine cōiunctiſſimi ſunt, cur
malunt illum abeſſe, ab poſſeſſionibus ſuis paternis,
niſi quod metunt inuidiam.

O T. Neq; illi unq̄ eiecerunt, neq; male illi uolue
runt. Et mira eſt hæc impudētia in te, q̄ ſic libere nu
garis, quaſi nemo eſſet futurus ſuperſtes, cui pſpectæ
Huttenicæ res eſſēt. Ipe uero ſemp monebat parentē,
rogabatq; poſtbec matrē uiduā, rogabat fratres oēs
ne cōſlarēt ſua cauſa inuidiā ſibi, ne qd ſuppeditarēt
uel opere, uel impenſarum, unde poſſent ab æmulis
nocari in ius, uel in malam ſuſpicionem uenire. Ob
eam rem quoq; ſeperabat ſe a paterna poſſeſſione.

RESPONSIO

Tandem cum & mater descessisset. atq; ipse primogenitus erat, & dominus castri, ac possessionū omnium, maluit tamen abesse, q̄ sua causa fratres aliquā accipere iacturam: adeoq; non fuit sollicitus de possessionibus, & patria, ut fere integro anno nesciret, quid de patria & rebus suis domi ageretur. Parens vetulus initio uerbementer conatibus obstiit, timens possessionib; mox tamen placatus est. Fratres, Frobenius, Laurentius, & Ioannes sic fauebant, ut oim maxime Solus Frobenius arbitriclin; Episcopi obnitebatur. neq; id frustra fortasse, quod facile suspicari potest.

ER. Sed q̄ inde metuerē inuidiā a Romanensibus.
 OT. Atq; hoc tamen est quod queritur, inexplēbili famæ siti incantatum te, & quod impiorū minas plus facis, quam gloriam Christi. Hic certe rem acie tetigisti.

ER. Ita nunc quoq; inter magnos haberetur gratiosus Huttenus, possetq; ab omnibus citra inuidiā amari, coliq;.

OT. Ad quid uero, q̄ ad maiorem damnationem? Væ enim, inquit, cum laudauerint uos omnes homines, secundū hoc enim faciebant pseudopropbetis patres eorum. Præterea, qui sic uelit ab omnib; amari, aut simulator existat necesse est, aut ifignis nebulo.

ER. Dicis equitem esse natum, non ad equitandū, sed ad calumniandū.



AD SPONHIAM

O T. Quid uero si ad utrunq; natus sis, et ad equi-
tandum, et ad reprobendam omnem celsitudinem, et
omnes munitiones & consilia, quæ extolluntur aduer-
sus scientiam dei? Sed cur tu quoq; Theologus cum
sis, uicissim retalias iniuriam, uicissim ledis etiã qui
te non leserunt: ut diceret aliquis, natum esse te, nõ ad
euangelisandum, sed ad floccipendendum, deriden-
dum, exprobrandum, & calumniandum?

ER. Atq; interim de me honorifice loquebatur

O T. Imo honestissime et modestime semper, sic ta-
men, ut semper desiderauerit in te æquus iudicium,
& maiorem constantiam.

ER. Decẽ uerbis satisfacissem Hutteni stomacho.

O T. Ab, non decem uerbis.

ER. Solet hostib, missis fecialib, denunciare bellũ.

O T. An tu omnibus feciales, & caduceatores mi-
sisti, quos i libris, atq; epistolis tuis carpis et rides?

ER. Sunt enim qui hoc nomine cõmendantur, cum
nihil minus sint quã Lutherani, factiosi, indocti, stu-
pidi, malæ uitæ, obtrectatores, nihil habentes Luthe-
ri, nisi quod maledicunt Pontifici Rom.

O T. Hoc admodum dolemus. Neq; est quod hoc
Hutteno improperes. Quis em̃ hos à bonorum turba
arcebit? Quæ congregatio est tam sancta, quæ non
alat hanc zizaniã? Tamen qui se Erasmiãnos, &
Papistas iactant, non omnes integri sunt. Romanen-
ses Curtisani contendunt, apud se esse regnum cælo

f



R E S P O N S I O

rum, ueram Ecclesiam, & fidem, & tamen nō est hodie sub cœlo natio perfidior, et magis impia. Quam multi sunt, qui scriptis tuis elegātissimis & eruditissimis admodum fauēt, & tamē interim egregij sunt nebulones? Erasmus neq; uita, neq; eruditione, neq; diligentia exprimunt, & tamē non est ideo deterior Erasmus. Quāquam si nihil esset aliud, q̄ quod male dicunt Ro. Pont. ego utcumq; tolerandos existimarē qui huiusmodi sunt. prestat enim hoc uicio laborare, & sic esse, q̄ laqueis teneri captiuum ad ipsius uoluntatem: atq; utinam hoc faceret totus orbis, ut uideremus aliquādo desolatā & deturbatam hanc pestē, et abominationem ex loco sancto. Sed uerba etiā Huteri super hac re audiamus.

Modica inq̄ fide, nulla fiducia esse debent, q̄cūq; sunt qui hoc machinātur, si ulli sunt, neq; Lutherani spiritus in his tantillum est. Nisi tu hic cōtemnēdi studio, uicanos quosdā, & de foro nihili homines nobis imputas. Sunt enim postremissimi quidā, qui cū se aliquos uideri uolunt, ea dicunt, ac faciunt, quæ ab cōmuni abhorrent consuetudine, tuncq; uanitati suæ Lutberi nomē prætexunt. Hos tu haud ignoras, à Lutbero nihil habere, & dicere audes, non idoneos esse qui honestissimorum uirorū consortio adscribantur. Neq; facile credo tātum esse odij, ut nos hac iniuria grauatos uelis. Quæ potest autem esse Lutherano- rum uis quæso in tanta circum Germanorum Princē

AD SPONGIAM.

pam cōtra nos conspiratiōe? Equidem Basileæ nihil
 audiui quēquam pugnare, ut uel tu, uel quisquam ali
 Lutberi esset. Et Wittenbergæ baud dubito, quin nul
 li sint qui tale studeant. cum, quia hætenus secum te
 esse crediderunt: tum uero, quia quo propius Luthe
 rum uiuitur, eo plus ex illius spiritu hauriūt homines.
 Quæ Lutberi autem mens est, quantum ad affectio
 nis per te concitandæ metum, nō redemptum asse ue
 lit. Prædicando Euangelium, coniunxit & multitudi
 nem sibi, uel Christo potius, & procerum bonā par
 tem. Idem sperat deinde facturum se. Neq; unquā ti
 met, nequid tu, uel quicūq; contra Euangelium obti
 neatis. Hætenus de factiosis Lutheranis Huttenus.
 Nunc audi rhetoricantem unde prodierit hoc nomē,
 & quomodo ferri & nominari possit.

A me inquit, quæres fortasse, cur me huic rei im
 misceam, quem tu pro Lutherano nunquā habueris.
 Neq; me ipsum Lutheranum dico, aut ab alijs dici li
 benter audio. Et paulo post. Quæ ego inquit, quia et
 priusquam inciperet aggressus sum, & pro mea uirilē
 pertinaciter in hunc usque diem egi. Quoniamq; bo
 ni esse uiri duco, per ueritatis confessionem æquitatē
 uindictam ubiq; & semper prodesse patriæ, chris
 tiani uero pro pietate etiam mori, si hoc res postu
 let, malo Lutheranum dici me, quandoquidem sic uo
 cantur qui hoc agunt, quàm officium deserere.

R E S P O N S I O

Quandquā igitur nec magistro ibi usus illo sum, nec socio, ac seorsum negotium hoc agam, & quacumq; factione censei infestissime oderim, quia tamen in ualuit hoc iam, ut qui Romani Pontificis tyrannidi aduersantur, quorum præcipue in numero haberi uolo, & ueritatem qui adserere audent, quiq; ab humanis sanctionibus ad Euangelicam sese doctrinam recipiunt, Lutherani uulgo cognominantur, ferā æqua nimiter appellationis iniuriam, ne rei professionem abnegare uidear. Nec ita mo alicuius pigebit cogno- menti, ut uel suspicionem mutati honestioris instituti, præberi de me uelim. Habes redditam tibi ratio- nem, cur Lutherani appellationem agnoscam. Huc usq; Huttenus.

Iam quantum etiam ad nos spectat, qui neq; Hut- tenti, neq; Lutherani sumus, sed tantum cupimus Euangelio consultum, & tamen per te ijs nominibus appellamur, hoc tene. Agnosimus nomen Lutheri, ut uiri boni & euāgelici. Libros eius probamus, quo- niam uiriq; sacris scripturis consenserunt. Nec ta- men illius omnia probamus quæ scribit, et scripturus est, quod canillaris tu. Posset em̄ inquis, fortasse ad- uersus articulos fidei scribere, quis tum illius accede- ret sententiæ? Quæ scripturus est, non antea proba- mus, quam dijudicemus. Iudicamusq; non ex nostro sensu, sed adhibita amusse scripturarum. Speramus tamen omnia futura optima, & catholica: quando

Tindals Luther

AD SPONGIAM

quidem uidemus VIRVM DEI, quotidie se maiorem fieri, crescereq; et aetate, & spiritu, et sapientia. Et licet tu de illius spiritu dubites, cum forte dubites etiam de scripturis, tamē nos nō dubitamus, sed ut prophetam, et apostolum Cbristi i suspicimus, non inflatum rhetorica Erasimica, non ut apud Reges & Pontifices permagni existimatum, sed spiritum loquentem mysteria, & magnalia de i. Credimus quoq; ab temporibus Apostolorum, neminem neq; ex ueteribus, neq; ex neotericis prodisse, qui diuinas literas religiosius, puriusq; & fidelius tractauerit. Quod si nō placet, prodi tandē tu, & impugna quae scripsit. Nam hoc iam dudū suspēsis animis expectauimus. Neq; ob aliā rem quosdam male habuit Hæretica Expostulatio, quam quod maluissent te tua sponte procedere in barenā. Nunc autē cum utiq; reuelatae sunt ex cordibus hominū cogitatiōes, et incisio bulcere cepit effluere pus, age prodi, emunge etiam qd̄ reliqui est ueneni.

E R. Perfricabit frōtem, si quid tamē illi frōtis est.

O T H O.

QVIESCIT in perpetua pace HVT TENS, uir de pietate, Euangelio, religione, deq; bonis uiris oprime meritis, patriae libertatis uindex, ueritatis adsertor. Curtisanicæ impugnator constantissimus. Papistarum hostis: qui dū uixit, frontem nunquā abiecit, sed frontis, pudorisq; & famæ

f ij

Tindals Grotius



RESPONSIO

rationem semper maximā habuit. Passusq; est pro
Christiana re multa, & magno animo iniurias con-
tempnit: donec dormiens siluit, & somno requiescit
cum Regibus & consulibus terræ.

E R. Itaq; quicq; hic cōmemorat, ex rumorib; cō-
memorat.

O T Quasi non et tu uniuersa q̄ habes de fortuna,
moribus, uita, deq; incōsultis cōsilijs, ut inq; , Hutte-
ni, ex rumorib; habeas. Nā si qs exacte cōpresserit tu-
am Spōgiam, nihil ferē emūget nisi elegātes nugas,
et erudita mēdacīa, quæ egregiū quidē ostētant artifi-
cem, cæterū hominem neq; piūm, neq; syncerum.

E R. In libello qui nulli bono non displicet.

O T. Qui nulli bono, et euāgelii zelātis, nō placuit,
displicuit uero nō nisi pessimis et Papisticeisimis.

E R. Verum aliquādo dixi, librum illum omnibus
merdis peracandum.

O T. Etsi tu hoc neges nō dictū, tñ nihil turpe fue-
rit dicere. Neq; enim uideo cui possit in meliorem fru-
ctum u sui esse. Sed hunc quoq; arrogātissimū Curti-
sanum suis ipsissimis colorib; pinxit Jonas noster,
responditq; illi p̄ meritis.

E R. Me iam pridem factionis fuisse Lutheranae.

O T. Cessabis factionem appellare. Nam in nemi-
nem factiosi sumus. Quod si protinus factiosus est,
qui cupit instaurari, et restitui quædam, cōuincemus
eisdem de causis, te quoq; factiosissimum Lutheranae

*Scib. Wil-
li. nifo*

Jonas

AD SPONGIAM.

num esse. Meminit et de hoc in Expostulatione Hutrenus quædam. Nam et tu. inquit, ut prius ostendi, eadem egisti, ac prius egisti, q̄ me, uel Lutherum natos sciret mundus, licet nunc purges te illis, ac nihil tale admisisse uideri uelis. At uel aboleri maximã tuorũ scriptorum partem oportebit, uel cen seberis et tu factione hac (quando quidem factio uocat̄) ab omnibus qui rem ipsam estimabunt, magis q̄ specie mouebuntur. Sed interim perpetuis epistolis et libellis cõtestare, neutri factioni te uelle inuolui, esse te alienissimũ, et semper futurum, adhortare ad hoc etiam amicos (quod iactas) quo sc̄i q̄ potes, ut idem faciant. Nõ deficiat in te spiritus, ut perpetuo imponas, seducas, et scribas: quãdoquidẽ huc amentiaẽ promouisti semel, ut spes ultra nulla sit, ama libertatem tuam. Nos **CHRISTI** erimus, & ab Euangelio pende bimus.

ER. Ego uideo multos antebac Lutbero deditissimos, nũc partim mussare, nunc partim tedere Lutherani nominis, rursum damnare quod approbant.

O T. Hoc predictũ iãdudũ ab Christo est, futuros q̄ post satanã ituri esẽt, & q̄b. odor mortis in mortẽ esset Euangelium. quia multi sunt uocati, pauci uero electi. Sic repurgat aream suam Christus & separat triticum ab hordeo, agnos ab hædis, pisces bonos & malis, electos ab damnatis, & beatus qui non fuerit scandalizatus. Admodum facile est, lingua Euange

R E S P O N S I O

licum esse, dū nemo ledit, nemo expoliat, nemo in ser-
uitutem redigit: ubi uero ad erogandas facultates uē-
tum fuerit, ad abdicādos simoniacos census & reddi-
tus, ad male usurpatas decimas, & diuitias, ad pom-
pā, & fastus explosionem, tunc durus est hic sermo,
tunc relicto eo discedunt, neq; amplius cum illo ambu-
lant. Quomodo enim possunt nō mussare, & tædere,
& damnare, qui gloriā abinuicem accipiunt, & glo-
riam quæ à solo Deo proficiscitur nō quaerunt: Quo-
modo possunt non mussare & attediari, qui nihil spe-
rant, nihil sciunt, nihil uolunt, nihil somniant, nisi tē-
poraria, uana & caduca?

E R. Quid autē mirū, si ego recusē nomē Lutheri,
cū hic neminē uideam qui sustinet dici Lutheranus?

O T. Nihil contendimus de nomine, sed de causā.

Ideo uero non debebas Euangelio patrocinari, quia
nemo ex Principibus, & phariseis credit Euangelio,
sed tantum turba hæc maledicta, quæ non nouit legē?
Sed quid scriptum est? Non sequeris turbam ad faci-
endum malum, nec in iudicio plurimorum acquiesces
sententiæ, ut à uero deues. Si quid frugi scripsit Lu-
tberus, quare ob odium nominis, & inuidiam pbari-
seorū, nō uelles complecti? Si quid aberrauit, & agni-
tus tibi error est, quare hoc non doces? Impius & sce-
leratus es, qui hoc non facis, & tam multas animas
finis post satanam abire, & perdi.

E R. Sed illius res fortasse sic habent, ut illi bono

*Expositio
Lutheri
de
Epheso*

AD SPONGIAM.

fit Lutherani uocabulum, utpote quod illum nunc so-
lum & tueatur, & alat.

O T. Tunc meo iudicio, stultissimus, & insanus
erat Huttenus, qui cum poterat in Principum aulis uer-
sari, esse a consilijs Regum, & uiuere in paterna posi-
sione tranquille, hoc uilissimo & sordido quaestu
maluerit sustentari. Nam quid est quod potuit ex Lu-
theranis sperare? Quod si ad quaestum, & ad munes-
ra, & stipem uoluisset scribere, poterat se applicare,
ut tu Ro. Pörfici, Cardinalibus, Anglorum Regi.
Neque dubito quin magnificis praemijs hominem do-
nassent, si stilum excercuisset in Lutherum.

E R. Desidero in Lutberi scriptis modestiam, &
mansuetudinē Euāgelicā, notio puicaciā asseuerādi.

O T. Satis est super hac re Lutherus sibi, & ha-
bet non dubito quid respōdeat. Ego uero nō damno,
sed admiror spiritum domini in homine, qui fecit fa-
ciem eius ualentiores, et duriores frōtibus eorum,
ut adamantem, & ut silicem.

E R. Et inter amicos dolens aliquādo dixi, me du-
bitare de spiritu illius.

O T. Quid ergo Scripturas non expendis, & rem
de qua dicit, uerum ne sit quae scribit? an torqueat scri-
pturas & humana philosophia uel eloquentia circum-
ueniat secundum traditionem hominum, & praeter
providentiā spiritus sancti, an subtilibus argutijs sim-
plicitatem cōmuniū uerborū, et subtilia quaeq; con-

*de Jure Ae
Cris*

*Systus Lutherus in quo yba
plus*



RESPONSIO

*fundat. Quod si non facit, quid addubitas?
Nō sunt hæc scripta malignum, et erroris spiritū habēntis. Sed de hoc alijs.*

E R. Deinde coniecero me in factionem, quæ plurimos habet, cū quibus mihi nihil uelim esse cōmercij.

O T. Plurimos habet, quod dolemus, et quos expe diebat in hoc albo non esse: ne scandalizarent plurimū in lege.

E R. Itaq; mihi consultius uisum est hic cōquiescere, donec Prinbipes et eruditi, studijs omisis, expectant ea consilia, quæ sine tumultu prospiciant Euangelicæ ueritati, et gloriæ Christi.

O T. Reuera consultissimum. Nam non est incurdum ob crucem Christi persecutionem pati, et conijcere in discrimen se longe maximum, bonorum, famæ, et uitæ. Sed utinam hoc aliquando faciāt Principes quod expectas Hucusq; frigide consultum, et prosperum est. Quamquam non satis intelligo, quid hoc tibi uelis, ut prospiciant Euangelio? An ut libere divulgetur? Hoc certe debebant prospicere, posthabitis omnibus regni, & priuatarū rerum negocijs. Vel ut consularēt, an expediat prædicare, et ut pariter quæque statuunt abominaciones Pōtificis? Hoc illorum non interest, & impium est. Qui enim sumus mēdaces & nibili, q̄ sapientiā, & eloquia Dei iustificem? iustificata in semetipsa?

E R. Quæ sine tumultu p̄spiciāt euāgelicæ ueritati.

AD SPONGIAM.

O T. Scilicet sine tumultu, quasi decerni statutis et decretis possit, ut nemo aduersetur Euangelio, et unquā sine tumultu, seditōib⁹, et sanguīe tractatū sit candidē hoc uerbum. Hoc tu ex scripturis nos doce.

E R. Immo mibi nonnunquā fuit in animo, subornare quēpiam, qui puocāret huc aliquem insigniter Lutherānum: nec enim aliā res me poterat liberare inuidiā.

O T. Habes nunc insigniter Lutherānos, q̄ te puocauerunt, ut nihil sit hoc necesse: age tantum, ut inuidiam excutias. Audient te, neq; magis aliquid malent, quam a te doceri.

E R. Huttenus nihil minus est q̄ Lutherānus.

O T. Quisquis est, uir bonus et pius fuit, et bābītus est semper.

E R. Nec unquam tam male sensi de Lutherānis, ut suspicārer illorū quēquam, tales sicophātiās in quēquam scribere.

O T. Multo minus ne somniassent quoq; tam impiā, nugācem, sicophānticā, et acerbiſsimā Spongīā, ab Euāgelico, et tam sine felle et bili Theologo.

E R. Quod si rationem haberem priuatorum in cōmodorum, nulli magis incommodari debebam quam Lutherō, qui me, meosq; libros, tanta degrauiuit inuidiā, quicq; mibi omnes ferē amicitias uel dirupit, uel malo fermento uiciāuit, nec parum incommodi at tulit bonis literis.

RESPONSIO

O T. Et degrauiuit, et degrauiabit. Efficax est enī
 uerbum Dei, quasi ignis, & quasi facula ardens, &
 malleus conterens petram. Illuminans abscondita te
 nebrarum, & cōsiamens quasi stipulam omnem sapi
 entiam humanam, quæ extollit se aduersus scientiam
 Dei. Et si uis accipere, ipse est **ELIAS** postre
 morum tēporum, qui restituit omnia, qui curauit gen
 tem suam & liberauit eam. Qui quasi sol refulgens,
 sic fulget in templo Dei, & quasi ibus ardēs in igne.
 Dedit enim illi Deus cor ad precepta, & legem uitæ
 & disciplinæ, docere Iacob testamentum suum, et in
 dicia sua Israël. Impletus est quasi flumen sapiētia,
 & terram gubernat anima sua. Velut etiā alter Da
 uid cum leonibus lusit, cum Romanistis leonibus ru
 gientibus, & preparatis ad escam. Et in urbis præ do
 nica gente Monachorū, similiter fecit. Nunquid non
 occidit gigantem, robustum illum uenatorem coram
 domino, & abstulit opprobrium de gente? In saxis
 de torrente scripturarū deiecit spurium opprobriantē,
 & imponentem traditionibus suis Goliath Etbeum.
 Qui contra illū steterūt Hyrci, & Eccij, & Cocleas,
 Murnarij, et Malleatores, congregatio Chore in ira
 cundia, hī omnes impetu iracūdiæ suæ cōsumpti sunt,
 et fecit illis monstra dominus, et consumpsit eos: flā
 ma ignis. Percussi sunt cæcitate sicut illi, in foribus
 iusti, saluūq; fecit egenū a gladio oris eorū, cōprehē
 dit i astutia sua sapiētes, et oia eorū cōsilia dissipauit.

AD SPONGIAM.

E R. Ego quotidie experior, quod multi potentes, docti, graues & boni uiri, execrentur Luteri nome. Quo-
ru talis erat eruditio, talis uitae sinceritas, ut uix pos-
sum suspicari, uel affectu errare illos, uel iudicio.

O T. Et nos quotidie experimur, quod non capiat Eu-
gelium Dei, in ijs hominibus, qui sibi docti, graues,
& eruditi uidentur, quia sic placitum est coram patre,
qui abscondit haec, a sapientibus, & prudentibus, uocatque
non multos sapientes secundum carnem, non multos po-
tentes, non multos claro genere natos, sed quae stultas,
& nibili sunt secundum mundum, ne gloriatur ulla caro
coram ipso. Ipse enim est, qui confundit sapientiam
sapientum, & stultum facit omnem hominem a sapien-
tia sua, qui reprobatur cogitationes populorum, & rep-
bat consilia Principum. Et Apostolus Paulus, quid
aliud agit in omnibus fere Epistolis, quam quod de-
hortatur ab illa humana prudentia, ab illa humana
grauitate, quae nihil est, quam impostura & hypocri-
sis. Hac enim sua falsa et simulata eruditioe, sua su-
cata eloquentia, fictaque religione et pietate, in has te-
nebras nos prouexerunt, in quibus multis iam annis
iam fuimus. Ad coruos igitur cum tuis grauibus, bo-
nis, et potentibus uiris. Nemo bonus, nisi solus Deus:
omnis autem homo mendax, et peccatum, et omnia il-
lius opera, cogitationes et iniusticiae peccata sunt. Pi-
get me tam insignis caecitatis. Sed qui sunt tamen illi
graues, boni, docti, et eruditi uiri? Forte Pontifex,

R E P O N S I O

Cardinales, Episcopi, adiposi Abbates, et uaccæ pinguës in monte Samariæ, egredientes pompatice domum Israel? Sed apud bos existimatum est bacenus, neq; ueræ gravitatis aliquid esse, neq; pietatis, neq; eruditionis: uanitatis uero & insolentiæ, ac tyrannidis plurimum. Præterea tales nõ habentur, neq; sunt, neq; tali uicæ synceritate, qui affectu, uel iudicio errare non possint. sunt enim homines, quos uidemus interdum plus affectibus seruire, q̃ omnes uulgi homines, superbia, luxu, et auaritia perditos et absorptos, ut nullos propbanissimos. Ex uere autem eruditis et bonis, tu neminem mihi dabis, qui nõ strenue cõsentiat cum Luthero.

E R. Ac ne de sede Romana unquam incõstanter locutus sum.

O T. Quare non incõstanter? Quonia fortissima suspitio est, in re turpi te nõ potuisse impiũ detrectare, & optimam quandã mercedem, & minime contemnenda operæ precia reportasse. Alioq; quæ furia poterat sic excõtare te, ut mãifeste cõtradiceres ueritati?

E R. Nec Indulgentias usq; in totum damno.

O T. Si nõ damnas, profer ergo uel unum iota nobis, de nugis & tendiculis illis, ex scripturis. Accingere. Iam matura res est. Alioqui actum de bis erit. Audis quod uocamus nugas, imposturas, et sagenã diaboli.

E R. Vbi uero unq; execratus sum ius Canonicũ

AD SPONGIAM

¶ Pontificum scita?

O T. Sed quo tamen honestatis prætectu non ex-
eraris? qua conscientia? qua pietate? qua fide? Tam le-
ui momento Christi in te fides residet, uel adeo ob-
stinate decretum est tibi, ut si etiam de Euāgelio de-
cedere aliquid oportebit, aliud tamen facere nolis?
An mentem non babes, & oculos? Non uides, quam
foedis nominibus appellet scriptura, q̄ passim exi-
bilat, explodit, & detestatur, quam sollicitè monet,
ut uelut pestem deuitemus, & caueamus, dum uocat
argētum uersum in scoriam, calicem uini furoris do-
mini, uinum mixtum aqua, uinum damnatorum in
domo dei nostri, aquā turbidā Aegypti, cisternas di-
sipatas sine aqua, telas araneorū, oua aspidū, colo-
quintidas mortiferas, paleas, stipulā, foenū, fermen-
tū, abominationem, stercus, & laqueos diaboli.

ER. Quid sit Pontificem in ordinem redigere,
non satis scio.

O T. Existimo si nunc uiueret Huttenus, hoc re-
spoderet fortasse. Videor enī nunc illius uerba mihi
audire & spiritū habere. Si exaltatus fuerit ut aqui-
la, & inter sidera posuerit nidum suum, ut puerbum
dñi inde deiciamus enī, praedicemusq; abominationes
sp̄ius nephādas et pessimas oib; gētib;, et faciamus
obsecrationes ad dñm Ihs̄m Chr̄m, q̄ ē caput ecclesiae,
q̄ est corp; illi;, ut cōficiat enī spū oris sui, deiciatq;
ex astris ubi exaltauit solū suū, de mōte testamēti,



RESPONSIO:

destrahatq; in profundum lacu: & faciat Babylonem illam. id est, illam fecem ultimam Curtisanorum, sicut subuertit Dominus Sodomam & Gomorram, ut saluus sit spiritus eorū in die iudicij. Nam iste est uir qui conturbauit terram, qui concussit regna, qui posuit orbē desertum, qui occidit animas quæ nō moriūtur, qui ut auiceps aucupatus est preciosas animas pro quibus Christus mortuus est, qui uirga sua cecidit populos in furore, plaga insanabili, anathemate crudelissimo. Hoc apud Huttenum, & Esaiam prophetam fuisse in ordinem redigere Pontificem. Et dico tibi, securis ad radicem iam posita est: Dominus exercituum decreuit, & quis poterit infirmare? Et manus eius extenta, quis auertet eam? Dominus deus locutus est, quis prophetabit?

ER. Huttenus maledixit Pontifici, nec ullā misericordiam Romanensem lesit.

OT. Eorum urbem quidem non excidit, non uastauit colonias & possessiones, sed nec unquam uolebat uastare: clamauit autem audacter impios, & antichristos esse, & pestem reipub. christianæ esse: clamauit, & uicit, & nunc defunctus clamat, & triumphat.

ER. Nisi protinus ingulator existat in quos iacit conuicium.

OT. Et qui poterat melius expugnare & ledere, quam detegere illorum sicopbantias, maleficia, fraudes

A D S P O N G I A M

des, technas, & tyrānidem? Detraxit tantum larnas
& personas, & sic cōfusi sunt: ut magis hodie digne
mur Turcas, q̄ Romanē ses. Quæso te, qui Imperato
res & Gotbi, sic unquā obfuerūt Italiae uastate, quē
admodum duo illi, Lutherus, & Huttenus? & tamē
ne muscam, ut inquis, leserunt Romanensem.

E R. Sed uideat, an expediat irritare quos irritatos
non queat opprimere.

O T. Ut non expediat proprijs rebus, est tamen
Christianum, impios arguere, & adimere illis licen
tiam peccandi, uel uitia sua exprobrare: ut sciāt se nō
christiane agere. Et licet nequeam⁹ opprimere, atq̄
illi conatus nostros opprimunt, dum opprimūt tamē,
nos uincimus, & uincuntur qui opprimebant: quēad
modum occisus est & Christus, & tamē uictor eua
sit: uicerunt & sancti, & tamē nō oppresserunt quos
irritauerunt. Propterea enim inquit, ne formides à fa
cie eorum. Nec enim timere te faciam uultum eorum.
Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, &
in murum æneum, super omnem terram, Regibus Iu
da, & Principibus eius, & Sacerdotibus eius, & o
mnī populo terræ: et bellabūt aduersum te, & nō præ
ualebunt, quia ego tecum sum, ut liberē te, dicit dñs.
Er rursus. Tu autem ne timeas eos, neq̄ sermones
eorum metuas: quoniā increduli & subuersores sunt
tecum, & cum scorpionibus habitas. Verba eorum
ne timeas, & uultus eorum ne formides: quia domus

RESPONSIO

exasperans est, & oculos habet ad uidendum, & non uident, & aures ad audiendum, & non audiunt.

ER. Romanenses optarent semper tales sibi hostes, qualis est Huttenus.

O T. Eant ergo nunc & procedat cum mercimonijs suis, cum bullis et caris, cum pgameno et plumbo, cum indulgentijs et dispensationib. pstringat oculos nobis, cum anathemate & praestigijs suis, si tam nihil est quod fecit Huttenus. Videat an potuerit unquam maior, & cur

ER. Vellem autem scire (delior pestis contingere. ex Hutteno, quos sentiat, quoties dicit, nos, & nobis.

O T. Nisi me fallit iudicium, eos nimirum qui uolunt Euangelium in lucem uenire, nos pure & libere Christo seruire, rescindi abominaciones Pontificis, coherceri intolerabilem impudentiam indulgentiarum, dispensationum, bullarum, ceremoniarum, et uulgari populis uerae studia pietatis, diuinae scripturae cedere dogmata et opiniones hominum, explodi omnes sordes, & expurgameta canonum pontificiorum, aboleri proscibula Papae, Gymnasia, et academias, et in illis residere lenones lenasque et lupas, Thomam, Scotum, et scholasticos seductores, Euangelij oppressores, et scripturarum obscuratores. Hos uult cum dicit, nos, et nobis, et ex nostris partibus sunt qui huiusmodi sunt, id est, ex grege Christi. Cum autem sint qui haec etiam impugnant, tu uide ex quorum partibus nunc stes, certe non licet neutralem et medium esse.

AD SPONGIAM.

E R. Horum nullus est qui Hutteni conatus probet, ne ipse quidem Lutherus.

O T. Non protinus malū est, si quid non ab omnibus probatur. Frequenter enim etiam optima displicent. Satis fuit, æquam causam habere. An uero Lutherus ipse pbauerit, nescio, neq; admodū hoc refert: maiora illi incūbebāt q̄ ut causæ Huttenicæ ingereret se. Itis sup hac re testatū aliqd a Lutbero nihil uidi.

E R. Sunt rursus quidam indocti, nullius iudicij, uite impuræ, obrectatores, pertinaces, intractabiles, sic addicti Luthero, ut nec sciant, nec seruent quod docet Lutherus, tantum Euangelium habent in ore, negligunt preces et sacra, uescuntur quibuslibet, et maledicunt Ro, Pont.

O T. De his antea prouinciauimus, quod ab Euangelio non sunt, et domino non placent: et tamē ut infirmi tolerandi sunt, et monendi, ut discant non in nomine tantum confidere, et in uerbis mendacij. Cæterum, ubi publicum crimen nullum admittunt, suo domino sinimus cadere, aut stare. Ferebant et Apostoli insolentes et imperfectos aliquot. Quamquam quæ est tamen hæc culpa, etiam si uescantur quibuslibet, omittant preces Papisticas, maledicāt Behemoth et Leuiathan, modo nihil admittāt quod offendit Christianam eharitatem?

E R. Horum inconditos tumultus, et inconsulta cōsilia, Principes et magistratus cogētur opprimere.

RESPONSIO

O T. Malos utiq; cohercebunt. quia nō frustra gladiū portant. & Dei ministri sunt, ultores ad iram, eorum qui quod malum est fecerint. Refert tamen, rē Euangelicam armis & tumultibus turbare, & libere prædicare Euangelium, traditionesq; Papæ ex Deo non esse, & alia quædam huiusmodi. Nam hoc modo & Apostoli excitabant tumultus. Nacti sumus (de Paulo: inquit Tertullus) uirum hunc pestiferum, & concitantē seditionem omnibus Iudæis in uniuerso orbe, & autorem factionis Nazarenorum, qui etiā templum prophanare conatus est, quem & apprehensum uolumus secundum legem nostram iudicare.

E R. Itaq; fiet horum uicio, ut nec illa corrigant, de quibus mundus merito queritur.

O T. Si non corrigentur, nō dormitabit tamen, neque dormiet qui custodit Israël, nō ideo non est liber rime diuulgandum uerbum. Visitabit ipse met super maliciā pastorū, & requireret gregē suum de manibus eorū, et cessare faciet, ne pascāt semetipsos amplius.

E R. Ex Lutherana parte, qd est qd sperare quæd?

O T. Nihil, nisi contumeliam, infamiam, tenuitatē, exilium, carcerem, labores, plagas, seditionem, afflictionem, necessitatē, ignominiam, mortem: nō quæ ipsi quidem isferimus, sed quæ te manebūt si defeceris ex Papiistica factiōe, ad despectum & pusillum illū gregem. Hæc est enim hæreditas seruorum dñi, & iusticia eorum apud me, dicit dominus.

AD SPONGIAM.

ER. Et postea relegat me in Gallogermaniā: cum ipse in Germania nullum habeat locum satis tutum, malitque hospes esse Heluetiorum clancularius, quam Germanus apud Germanos in luce agere

OT. Eadem de causa, quare tu mauis hospes esse Heluetiorū, quā apud Louaniēses Sophistas in patria uiuere. Sed inuidiā inquis declino. Sine agitur & illum salutis suæ rationē habere. Nam in periculum cōijcere se, quod possis euadere, & nulla necessitas poscit, non uirtus est, sed audax temeritas.

ER. Ipse cum esset Bruxellæ, nō ausus est illic manere: quod alacer, ut ipse narrabat, occurrisset Hogestratus, qui tum nec Prior erat, nec Inquisitor, nec ullis bullis instructus, ille sic metuebat exarmatum leonem, ut se subduceret.

OT. Hic aut falsus es in nomine Hogostrati, aut fingis quod cauillaris. Nam longe aliter accidit. Accidit uero sic. Cum belua quædā ordinis Minorum, missa ab tyrāno Romano, & suffarcinata bullis uenisset Bruxellā, ut Huttenum aut uinctum pduceret Romam, aut postulato iure cōijceret in carcerē, rogatus est ab amicis Huttenus, ut modicum subduceret se. Nam de capite suo nunc agi, & paratas esse insidias. Ille moē gerens amicis, recepit rursus se in Germaniam superiōrē, ubi in itinere cum Hogostrato sic res est acta: quā referēte eo cognoui. Stripatus erat aliquot equis, uenit obuiam Hogestratus Sophista,

RESPONSIO

agnitus, & comprehensus est. Tum ilico incādens in bestiam Huttenus. Heus te nunc inquit, sceleratissimum & perditissimum mortalium, incidisti tandem in optatas manus. Qua nūc nece cōficiā te crudeliss. nebulo? & ense exitium minitans, Sta inquit, hominū pestilentissime, inimice bonorum, hostis ueritatis: nō polluam meum mucronem tuo nequissimo sanguine. Tum miser desperatus, & exanimis cucullio, proci dens ad genua. Ignosce inquit, ignosce, oprime et strē nuissime uir Huttene. Hæc historię summa est, et caput, aliud cum Hogostrato actum nihil est.

E R. Huttenus sibi fortis uidetur, si ex angulo quopiam dictum aliquod iaciat in hunc aut illum, et telo quod aiunt imisso, fugiat.

O T. An non subiecit nomenclaturā expostulatio ni? Quomodo ergo ex angulo conuiciatur & fugit? Quod si nunc uiueret, uideres certe quantum esset fugiturus te.

E R. Nōn agitur de articulis fidei, sed an principatus Ro. Pontificis sit à Christo: an Cardinalium ordo sit necessarium membrum ecclesiæ: an cōfessio sit ab auctore Christo.

O T. Non agitur de articulis fidei? Quos ergo tu habes articulos fidei? Nobis articulus fidei est, principatum Ro. Pont. ut nunc est, ex diabolo, et ex scripturis non esse.

Cardinalium pompam et fastum, nō esse ex Euā

AD SPONGIAM.

gelio, sed pedissequam familiam Antichristi, articulus fidei est.

Episcopos nō posse obligare ad peccatū suis constitutionibus, et tyrānos et lupos esse, si contra scripturam docuerint, articulus fidei est.

Confessionē nō esse sacramentum, neq; necessariā ad salutem, quā nos Papisticam et auricularē uocamus, imō pestiferam, articulus fidei est.

In summa, p articulis fidei habemus, quæcunq; sacra scriptura docet: p anathemate & arbitrario, quicquid illa nō docet, et si angelus fuerit e cælo qui diuersum dixerit.

E R. Fingat Cæsarē ita loq. Erasme, psuasum est nobis, &c. adiuua igit̃ nostros conatus in opprimenda pestilētissima hæresi Lutberana. qd hic n̄disez̄
O T. Quid respōdisses? Nisi, si cōsciētia tua hoc dicitabat, errasse Lutberū, scripturis hoc ut docuisses, exemisseq; Cæsari, & nobis hunc scruplū. Hoc fuisset animi integri, cādidī, simplicis, & cbristiani, etiā si nihil rogasset Cæsar. Si nō errabat Lutberus, constāter dixisses, qd res est. Optime Impator, nihil lego aduersū scripturis diuinis in Lutbero, neq; possū hic obseq; tibi et ueritatē ipugnare. Sic rīderunt Apostoli cū impeterētur ab Principib⁹, et Pōtificib⁹. Nō possū inq; nō dicere quæ uidim⁹ et auīuim⁹. Nō uerebāt parti à Ch̄o, partim ab Pōtificib⁹. et à Belial. Nō colebāt dñm, & simul tamē fabricabāt idola.



RESPONSIO.

Sed confitebantur dominū Ihesum Christum, gratias agentes, quod digni erant habitū, p̄ nomine eius aliquid pati, & quotidie in templo, & in singulis domib. non cessabant docere, & annūciare Ihesū Christū.

E R. Quo me proripuissē? Ad arcem Hutteni? Ad Zwittenbergam?

O T. Quo te proripuisses? Quo prīpēbat se Paulus, cum uagabatur incertis sedibus, esuriebat, sitiebat, caedebatur, laborabat, conuicijs afficiebatur, excrementum erat huius mundi & omnium reiectamētum, spectaculum mundo, & angelis & hominibus? Quorsum profugiebat, quando uersabatur in periculis fluminum, latronum, maris, deserti, & falsorum fratrum? Si nullibi est dicenda ueritas q̄ ex p̄sidijs, nunquā expedit: quia nullibi est tutum dicere, etiā ex p̄sidijs. Corpus ponendum est, si ita res popo-
scerit, ut non possis aufugere. Quāquā si Tertullianum audiamus, non fugiendum est etiā. Et dicit Ihesu de hoc, non ad nos pertinet, sed ad Apostolos. Sed cōieciſsem inquis, me in aculeos crabronum, & in manifesta perniciem. Quid hoc erat? Audis Tertullianum dicere, quem tu magnificas, ut omnia Patrum decreta, christiano prorsus fugiendū non esse, & non posse etiā aufugere, si martyrio destinatus a Deo sit. Audis Paulum optare, ut fieret anathe-
ma pro fratribus a Christo, Mosse de libro uitae: & tanti apud te est, si conijcias te in aculeos

AD SPONGIAM.

quorundam stultorum hominum, quos magis times
quàm dominum deum tuum. Quem teipsum facis? Aut
perpetuo uicturus es?

E R. Sed ubi fortunula quæ mihi perisset?

O T Num & tecum feres aliquando fortunulam
illam tuam? Quomodo poteras melius cõmutare, quàm
pro hac uita æternæ sortiri hæreditatem, et centuplo
pinguiorem recipere?

E R. Hæc ætas, hæc ualitudo non patitur me ual-
gari & egere, non paritur latitare & fugere.

O T. Neque multis alijs hoc suaue est, & tamen fe-
renda hæc crux est, ubi contigerit. Quàm multa tragi-
ce & tumentibus buccis dicis & scribis in libris tuis
de toleranda, de incõmodis ferendis, de longanimi-
tate, & alijs huiusmodi. Qui ergo alios doces, teipsum
non doces? Dicemus ergo et hoc tibi, Medice cura te
ipsum. Aut certe donabis etiam nobis infirmitatem
hanc, qui interdum, dum ingruerit tentatio propter
Euangelium, fuga consulimus salutem. Donabis et Hut-
teno, quod persequentium iras, et insidias declina-
uerit. Nam ne illius quoque ualetudo hoc ferebat, ut
inter hostes uersaretur.

E R. Nondum plane constat, an ueritas Evangelica
sit penes Lutherum.

O T. Qui nõ constat? Nisi forte apud eos, qui scri-
pturis diuinis fidem nullam habent? Quod si nõ pla-
cet, age uir sis, ostende mendacem esse,

RESPONSIO

E R. Quod si constat Hutteno ueri tenacissimo,
 & paratus est pro illius defensione mortem op-
 perere, cur fugitat ac latitat? Eat Ro-
 m̄a, aut eat in Gallogermaniā,
 ubi cōtinget sperata palma.

O T. Egregium certe acumē. Quis sperasset tā in-
 signe deliramentum, a uiro tam prudenti & erudito?
 non pudet te tam puerilium deliramentorum? non
 cogitabas saltem uiros hodie esse etiam laicos, legis
 peritissimos, quibus si perspecta fieret hæc stultitia
 tua, naso suis sēt suspēsuri te, uel mediū digiti ostēda-
 rēt. Eat Romā inq̄s, aut in Gallogermaniam. Qua-
 re tu non abis ad Turcas, imo ad tuos Gallogerma-
 nos, ut Euangelizes regnum Dei, cum doctor sis, &
 Theologus, & linguas babes? Continget & hic spe-
 rata palma tibi. Continget coronā uitæ, de qua scri-
 ptum est i Apocalipsi. Imo quare tu Romā nō abis,
 toties p̄ Pontificē illectus, tractusq̄, & uiatico p̄mis-
 so, qui sedis tam deuotus es cultor? Aut quare Ponti-
 fices tui non ad Turcas cōcedunt, qui tamē hoc ip̄m
 nouent iureiurādo, dum in Pōtificates asciscūtur, ut ali-
 quādo euangelizent etiā Turcis & Gentibus? Qua-
 re autem buc non eunt? quoniam sciunt se uerbera re-
 portaturos. Quare nos Romam non imus? quoniā
 scimus illic esse, qui religiosos, & sanctissimos se fin-
 gunt, & non sunt, sed sunt synagoga Satanae. Quo-
 niam scimus diabolum illic in carcerem missurū quos

AD SPONGIAM.

dam, & illud solum in ore habere impios homines, non esse disputandum, et conferendum nobiscum, sed tantum ut perdamur, et extinguamur de terra uiuentium, cuius Theologiae apud nos etiam lictores sunt peritissimi. Quod si spes esset inde meliores fieri, hoc persuasum habe tibi, esse ex nobis qui illuc irent.

E R. Hæc si haberet Huttenus, quas glorias efflaret?

O T. Si spiritum habuisset Erasmi arrogantis, uel tam fuisset superciliosus, quantum animi constantis et integri, nix fuisset illi quisquam gloriosior, quas glorias non efflasset, deum immortallem? Nam abunde multa suppeditabant, de quibus poterat merito gloriari et superbire. Si uoluisset literas, et eruditionem illam eximiam iactare, scis quantum de illis meritus est, et quantum tribuisti ei tu? Si stemma, cum primis eius ordinis existimatus fuisset. Si fauorem Principum, celebratissimus fuisset. Nam spondebat nuper Galliarum rex. 400. coronas, ut Principem agnosceret se, nec quicquam muneris haberet, quã ut a cõsilijs staret, morareturq; ubi cũq; uellet locorũ, et tũ nihil cristas inde erigēs, fortunam oblatam generoso animo contempsit: cum fuisset alioqui optima occasio ad Regem deficiendi, et in summa iam fuisset suorum persecutione, ut merito, & citra calumniam, potuisset ab Germanis in aliam gentem deficere. Possemus de hoc literas

RESPONSIO

exhibere tibi. Pendebat annuo. 200. flo. Imperator. Cum esset sub tribunicio Siccingij, cum primis Germaniæ reputatus est, qui geminâ stipem merebantur. Et hoc stipendium ultro resignauit, nō alia causa, q̄ quod male tum uidebatur Cæsarem Euāgelio uelle. Conatus est hominem ad se allicere Card. Salzburgensis maximis præmijs, & hoc famulitium respuit. De Card. Mozunt. notius est q̄ ut aliqd dicā. Neq; defuissent & alij Principes, si collibuisse in aula uersare, uel etiā extra aulā sub stipendijs: & tamen non miras glorias efflauit, nihil Erasmiāno animo flexus, uel eleuatus est. Maluit ex proprijs uinere, & tenuis esse, q̄ sub magnificis titulis Christum & ueritatem abnegare. Est autem honestissima paupertas, qua quis repudiatis glorijs, & aulicis ampullis, ma uult cum Christo tenuis esse, q̄ opibus pollere apud seculum, quæ iniquissime parantur. Neq; ille cōmendatus est, quē homines cōmendāt, sed quem Deus, & cuius laus non est ex hominibus, sed ex Deo. Quoniā inq̄, cum interierit nō sumet oīa, neq; de scē det cum eo gloria eius.

E R. Scripsit & ipse Cæsaribus, Cardinalibus, ac nuncijs Apostolicis, sed quis unquam illi rescripsit?

O T. Cardinalibus & Apostolicis exactoribus scripsit, sed non nisi mordacissime, ut digni et meriti erant. Nihil palpabat, nihil congratulabatur impietati & tyrannidi. Non scripsit, ut illi responderent,

AD SPONGIAM

sed descripsit ut confunderet. Quid ergo respondissent misera portenta illa?

Quod si literæ quemquam beatum faciunt, ipse felicissimus fuit. Habuit enim Epistolarum ab amicis, quarum ego quidem estimare potui, aceruum. 2000. Et hoc succisuis horis agebat, dum apud Vangiones eram, ut in uolumen redigeret, cui titulum erat prefixurus, familiarium epistolarum. Erant in ea sarcina epistolæ graues et eruditæ ab Regibus, optimatibus, Principibus, nobilibus, Episcopis, studiosis et eruditis omnibus, quorum nomia, et ingenia celebrata hodie sunt. Ex omnibus nationibus, ex Italia, ex Gallijs, ex Bobemia. Atque hijs omnes, inter alia, et nouarum rerum fabulas, congratulabantur de bello sumpto in Romanistas, et Curtisanos, laudabāt institutum, hortabantur ut cœptis manum adderet. Quod si tu nescis, et facis tanti per epistolas probari, ego hijs oculis uidi, et legi.

E R. Mibi magis subolet præda, quam abiecerint Monachi ac Theologi.

O T. Nulla obiecta est per Christum. Neque unquam conuenit illi cum Edmondanis, Hochstratibus, Latomis, et Sophisticis monstris illis: et ut maxime remississet inuidiam, integrior erat, quam qui muneribus sine re flecti, et corrumpi se. Nec tam futiles, et auisitiens fuit, ut inspecta pecunia, protinus uenalem animam habuerit.

RESPONSIO

ER. Neque enim hoc inceptum recens est, sed uetus est uonica.

O T. Sic uetus est, ab eo tempore, quo coepisti de Euangelio et Euangelicis uiris male sentire.

O T. Ante complures menses scripserunt amici, ne scio quid libelli paratum in me.

O T. Nugantur quicumq; sunt illi, nō amici, sed pessimi suggillatores. In Milthusio paratus est primū, idq; uno et altero mense ad summum, et ex calamo, ac citra multam affectionem, uel corrasos centones familiarium epistolarum, quod tu nugaris. Inde statim redditus tibi est. Nisi forte tabellarij fraude aliquid factum est.

ER. Expectabam concertatiunculam aliquā de dogmatibus Lutheri,

O T. Quorsum fecisset hanc inanem operam? Nos nihil dubitam⁹ de scripturis. Hoc tantū studēdū est, ut cūplures nostro lucrifaciamus gregi, & fidei christianæ. Tu uero, si quid dubitas, explica qd hoc est?

ER. Vtrum autem honestius est, accipere præmium ab Imperatore, ac Pōtifice, ut disputes aduersus Lutherum, an a Monachis accipere mercedem, ut cōuicijs talibus incesas amicum.

O T. Non audis, nihil mercedis retulisse? Vel si prorsus ita contendis, age uicijsim tu, utrum est ciuilius, ob mercedem et offam ab Cardinalib. obiectā, agnētam ueritatē impugnare, an accepta mercede ab ho-

AD SPONGIAM

Ab amico coniciari, q̄ a gnitā ueritatē expugnari?

E R. Dicat igitur Huttenns bona fide, quā offam obiecerūt Monachi ac Theologi, ut in me latraret?

O T. Si alius esses q̄ Erasmus, diceremus hoc tibi,

quandoquidem sic urges. Sed tamen senectæ, et eru-

ditioni suæ habebitur bonos. Quin bona fide nobis

dic. Quam offam obiecerunt Papistæ, ut contra con-

scientiam, sanam doctrinam auersaris, et clam adiu-

uas sectam perniciosam, Euangelium abnegans, et rē

b̄ ipsi accersis celerem interitum? Quid spei reliqui fe-

cerunt, ut n̄c damnas quod olim probabas, n̄c dissi-

mulas quod scis imposturam et mendacium esse?

E R. Si tamen ille famæ rationem ullam habet.

O T. Qualem famæ rationem habuerit, ipsum au-

di, non me. Ego inq̄, a nullo magis flagitio semper

abhorruī, q̄ a mēdacio, neq̄ detestabilius q̄c̄p̄ duco,

q̄ nō simpliciter et optima fide et loqui et facere oīa,

et a puero usq̄ studui, ut sincere uersarer et cādide.

Quæ me etiā res (euidētissime sensi hoc) magis q̄ ul-

la alia cōmendauit. Quippe inuito hāc mihi, tā graui

iniuria, extorques iactatiā. Itaq̄ cū in Principes quo-

q̄ uiros scripserim, nihil me hacten⁹ tutatū est, q̄ q̄

uerū scripsisse cōstabat, et bona de causa. Habent i-

manib. lucubratiōes meæ, animi indices, nō fugio in-

diciū, si quod ubiuis in quēq̄ mea positū fraude men-

daciū repiet. Quinetiā nō parcāt Germ. Princ. mihi,

nec ab ulla supplicij atrocitate abstineant, si unq̄ fue-

(ro istiusmodi



RESPONSIO

eriminis conuictus. Iam hoc a meipso pronunciatum
 & contestatum esto. Neq; non sunt, qui studio se ali
 oqui uestigent, num quid usq; sit, cuius occasione in
 iudicium protrabant. Qui si quid inueniant, q̄ facile
 oppresserint, cum tam sint præterea insensi. Quod
 homines ibi fallo, tum me, cui cognita & perspecta
 sunt omnia, coelestis pater conterat ac dissipet, neq;
 propitius unquã sit, si quod in quenquã sciens uolens,
 & mendaciũ consciui. Tu quoq; solebas integritatẽ
 & candorem tribuere mibi: et nisi decreuisses, per oc
 casionem indecentissime assentari Hochstrato nũc.
 obnixissime certo scio, existimationem hic meam de
 fenderes, quod a nemine credi uelles, tale in meũ ani
 mum flagitium cadere, Hæc Huttenus.

ER. Egregiam uero gratiam cõmunicati hospitiũ.
 refert huic urbi, in qua nunc uiuo iam biennio, & ne
 minem uideo, qui se patiatur Lutheranum dici: et in
 qua publico edicto cautum est, ne quisquã in concio /
 ne doceat, quod aduersetur Euangelio, ne Lutberi q̄
 dem autoritate fretus.

O T. Vtiq; egregiam gratiam. Nam optima gra
 tia cõmunicati hospitiũ est, ubi melior fit ex hospitis
 contubernio, qui recipit hospitio. Quid autẽ tua exi
 stimatione indignius, q̄ tale probum obijcere, quod
 apud optimos quosq; maxima fit laude, et quod ma
 gis arguit conuiciatorem, q̄ eũ qui leditur. Miserum
 te, qui huc amentiaẽ peruenisti. Sed quale hoc est ro,

R E S P O N S I O

nitru, quo nos uebementer terres, publico edito cān-
 tum esse, ne quisquā in concione doceat quod Euan-
 gelio aduersetur? Imo in hoc maxime probabant do-
 ctrinam Lutheri, quæ nihil aliud est, quā ex Euange-
 lio, etiam si rumpantur omnes Antichristi et Papi-
 stæ. Et hodie multos habes in ea urbe, qui se euange-
 licos prædicatores Verbi, & haberi uolunt, & sunt,
 Lutheranum dogma palam docentes. Dum uero sta-
 tuunt Euangelium, quid aliud agunt, quā quod subuer-
 tunt omnium Patrum sanctorū, Conciliorum, & Pō-
 tificū humanas traditiōes, quæ Euāgelio repugnāt.
 E R. Iam uero nescio, an nihil tribuendum sit quo-
 rundam suspicioni, qui dicant, Huttenum ex equite
 factum sedentarium, huiusmodi libellos ad quæstum
 scribere, eumque geminum: dum et hi numerant qui cō-
 ducunt operam, & in quos scribit pecunia redimūt,
 ne quod scriptum est edatur.

O T Primum testibus probatissimis docebimus,
 Huttenum libri exceptorem nescisse. Deinde sic è ui-
 uis excessisse, ut typographum certo nesciuerit. Hoc
 literis Hutteni manu scriptis cōtestabimur ad Ioan-
 nem Schottum. Verba eius epistolæ hæc sunt. Qui
 Expostulationem meam, inquit, excudit, bonam de-
 dit operam, ut uides. Dii gratiam babeant, quisquis
 est. Audio curare quosdam, ut traducatur teutonice,
 quod si ita est, rogo ut fide optima excudas. Quid
 igitur nunc prædæ est, quæ merces, quam in os con-

b

RESPONSIO

fecit typographus, cum typographum ipse non nouerat? Sed adiuretur etiã typographus iureiurãdo, sane tristissime fatebitur, ne a semet quidem se donasse, ceterum per aliũ amicum, libellum illi uenisse in manus. Et donemus sane suspicionib. aliquid, donemus minus obtulisse, uel numerasse quidpiam, tam erat turpe, pro laboribus aliquam uicem recipere: cum tu negare nõ possis, fere hoc solo quæstu te nũc ali, et maximum lucrum reportasse, multis annis iam? An latere nos putas, quantis impensis, quãto fastu te nũc fouet Basileæ Frobenius, uix ducentorũ aureorum sumptu? Id tu si negaueris, in Basilea nemo hoc non nouit. Quod igitur tibi licet, soli Hutteno non licebat? Sed nihil est hoc mirum. cum nec in tota illa Spongia graue quippiam, aut dignum fide babeas, quã quod suspicaris, diuinas, auguraris, improperas: non quod uidisti, sed quod apparet et uidetur. Quod retulerunt amici, et ex rumorib. conceptum est. Atque disperã, si digniori titulo potuisses insignire, quã Spõgia, uel Pumice, aut si quid est etiã Spongia leuius.

E R. Miseret me. Hutteni quantumlibet hostis, si huc illius fortunæ reciderunt.

O T. At nondum reciderant. Imo misereat te tuu potius, quod uidendo non uides, et cum debeas pro temporis ratiõne doctor esse, rursus opus habes, ut te doceamus, quæ sint elementa inuicij eloquiorum Dei.

E R. Iã ut audio, numerauit aliquid typographus.

AD SPONGIAM.

O T. Hic aliquñ in iugulũ recoget mēdaciũ hoc tibi.

E R. Superest. ut adborter omnes bonarum literarum studiosos. &c.

O T. Hoc itaq; expediebat reipub. Christianæ, et ne bonæ literæ redderentur inuidiosæ: sed dum sunt qui non cessant, harum freti opera, Euangelium calumniari, & retundere, nobis hoc studendum est uicissim, ut potius exturbemus omnem eloquentiam, quam si namus iri extinctam pietatem.

E R. Qui fauent Euangelio, sic faueat simpliciter, ac prudenter, ne fidant clancularijs & maledicis libellis in Põtificē, quib. Euangelio cõstemus inuidiã.

O T. Sic fauebimus prudenter & simpliciter, ut interim nolimus sc̃dari p̃harisaico traditionũ Pontificiorũ fermento. Clancularios libellos, ex nostris nemo edet. Incessere uero maledicis libellis Pontificē, interdũ existimamus necessarium. Dum enĩ nihil da tyrannide remittit sua, & ex Euangelio quandã Lucianicã nobis fabulã facit, exaltã se super omne qd̃ nominat̃ deus, sic monēdus et adoriendus est, ut discat non altũ sapere, et blasphemare, sed sapere ad sobrietatē. Quod si apud illũ, et suos cõflamus Euangelio inuidiã, apud credentes tñ minime cõflamus.

E R. Qui docti sunt, inter sese cõferãt de tollēdo or

O T. Hoc erat Episcoporum, sed præ (bis dissidio uenationib. pompa, luxu, et negocijs secularib. non licet: neque eruditio quoq; committere, integrum est.

RESPONSIO

Sed longe alia res est Euāgelium, quam uel illis, uel tibi ad huc compertum est, ut uideo. Vnde imprudētissimū est, etiam hoc consilium tuum.

E R. Secretis literis indicent Pontifici &c.

O T. Libera res est Euāgelium, neq; persona, neque tempore, neq; loco arcetur. Quare etiam palā docendum est in omnibus triujs, & super tectis. Sed qd quod ille, neq; secretas, neq; apertas commonitiones aliquid facit?

E R. Dum enim sine fine rixamur, an sit aliquod opus bonum hominis.

O T. Non rixamur, sed pie docemus, in opera fidē dum non esse: neq; nos mereri uitam posse, sed Christum meruisse, Christum pro nobis impleuisse legē. Sed nec prohibemus etiam opera, imō iubemus, modo libere fiant & ex fide. Iam putas, dissimulandū nobis sit ad imposturas, & mendacia creaturarum Papæ, ad uanitates & insanias falsas, ultimæ fecis & defæctricis gētis Monachorū & sacerdotum, qui huc omnem salutem suam destinauerunt, et in eā pditionem perduxerunt & Christianos, & operum autionem totum cauponati sunt orbem, & pro substantijs nostris, impo suerūt nobis? Indignū uidetur tibi, hæc crebro populo instillare, de hijs admonere, ut caueant ab talibus & tam crudelibus perditoribus animarum? An nō est hic Antichristus, & iusticiæ Dei non est subiectus, qui suam statuit, & Christi passio

AD SPONGIAM.

nem frustraneam facit? Sed an non etiam insigniter
 hallucinati sumus in nomine operum bonorū, dum ea
 uocauimus bona opera, quæ nos fingimus & somnia
 mus, dum facimus quæ nobis recta uidentur, & opa
 nobis monstrata ab Christo negligemus, id est, pro
 misericordia & iudicio, statuimus canonicas & Pa
 pisticas horas, rasuras, & uestes, deletū ciborum, si
 mulatū & prophanū cœlibatum: quæ non solum non
 adimunt peccata, sed etiam Euangelio ex diametro
 repugnant? Quis dabit capitibus nostris etiā aquā,
 & oculis nostris fontem lachrymarum, ut ploremus
 die ac nocte interfectos populi nostri? Quis præbebit
 nobis auxilium aduersus illos latrunculos Syriæ, &
 Moab, & filiorum Ammon, qui deprædati sunt ani
 mas sanctorum, & occiderunt mendacijs suis, qui se
 dent in insidijs cum diuitibus, in occultis cenobio
 rum & templorum, ut interficiant innocentes, qui in
 fidiantur quasi leo in spelunca sua, si quos queant la
 queis suis inijcere? Quousq; uidebim? mala gētis no
 stræ & sanctorum? Exurge domine Deus, & exalte
 tur manus tua: contere brachium peccatorū & mali
 gnantium.

E R. Dum delitigamus, an sola fides absq; operi
 bus conferat salutem.

O T. Et qd tandem aliud habemus magis sacro
 sanctum, quàm fide? Tolle fidem, quid aliud est chri
 stianissimus, q̄ uanissima superstitio?

RESPONSIO

E R. Quaedam autē eius generis sunt, ut si maxi-
 me uera essent, nō expediebat ingerere aurib. populi,
O T. Vnde hæc, ex tanta nuper prudentia, subita
 imperitia tibi? unde ruditas? Quid tamē dici potest
 unquam magis impium, irreligiosum & frivolum? Nō
 expediebat dicere? Cur non expediebat? Quibus ergo
 scripta sunt? An eruditis & sacerdotibus tantum?
 Sed qui sunt illi sacerdotes? Huic postremissimæ tur-
 bæ licuit tantum scire & Attonsis comam et unctis?
 Sed quis iussit hoc discrimē inferre in populum Dei,
 ut sint quidam rasi et non rasi, quidam uncti et nō un-
 cti, quidam docti et indocti? cum tamen Deus omnes
 fecerit thedidactos, omnes unxerit credentes? An p-
 attonsis tantum est mortuus **CHRISTVS**?
 An non pro omnibus mortuus est? An nō omnes uo-
 lebat scire Euangelium, scire uerbum suum, ut per cō-
 solationem scripturarum spem habeamus? Quid er-
 go nō expedit omnes scire, quod omnibus dictum est
 et scriptum, et in quo omnium salus pendeat? An
 forte ne imposturas uestras uideremus, quibus tor-
 queris, flectitis, corrūpitis, peruertitis, subuertitis, cō-
 funditis et inuoluitis scripturas, ut liceat quamdiu ty-
 rannidem exercere, dominari fidei nostræ, et tanquā
 fatuos infatuare & dementare nos? Verum hoc iam
 dudum deprehendimus, Operam luderis. Age ta-
 men, quid doceri poterat religiosius, quàm ex sola fi-
 de nos iustificari, **CHRISTV** M peccatis no-

AD SPONGIAM

nostris esse propitium, pro nobis orare, quam ut dis-
 scamus de nobis diffidere, CHRISTO confide-
 re, uoluntatem nullam nobis liberam esse, sed nobis
 omnia dispensari, nos esse filios, et genus DEI, hæ-
 redes christi et DEI, templum spiritus sancti ab ipso
 unctos et sanctificatos in genus electū, regium & sa-
 cerdotale, ipsi esse curā de nobis, nos esse populū eius
 et oues pascuæ eius, eum esse auctorem bonorū omni-
 um et malorum, nihil in terris geri absq̃ sua uolunta-
 te, capillos etiam capitis nostri esse numeratos, se so-
 lum esse dominum, nos uero nihil nisi uaporem, et lu-
 tum? Quid inquam hīs poterat doceri magis frugit̃
 maxime cum sic iusserit CHRISTVS. et Scri-
 ptura hīs refertissima sit. Et tu cum Papistis adhuc
 somnias generare seditionem, et disidū. Vtiq̃ dis-
 idū. Nam per hoc discernitur popul⁹ CHRIS-
 TIANI, ab traditionibus et fabulis Antichristi. Hoc
 signum est in frōtibus nostris, uerbum DEI, quod
 agnos dispescit ab hædis. Sed aliud tamen mente tes-
 nes, scio, tametsi sic loqueris.

E R. Qui in classe Lutherana sibi uendicant spiri-
 tualem cognitionem, cogitent et se esse homines obu-
 noxios malis.

O T. Ex hīs nemo est omnium credo, qui hoc non
 faciat q̃ non peccatorē se agnoscat et haberi uelit. Sed
 ideo nō obricendū est uerbū, nō ideo nō est Euāgelii
 prædicandum, q̃a peccatores nos sumus. Peccatores uerbum

RESPONSIO.

erastamus, & non minus dolemus, quod ea perfectio
ne nō sumus, quæ sanctos & apostolicos viros decet,
quotidie hoc orantes, ut et uita Ihesu i carne nostra
manifestetur.

E R. In omnibus articulis pri scæ prodite fidei con
sensus est.

O T Imo ne unus quidem integer permāsit, quem
illi non traditiōibus suis uiciauerint, lacerauerint, pro
phanauerint, & obscurauerint.

E R. Cur ob paradoxa nescio quæ.

O T. Nihil sunt hæc paradoxa?

Christum solum esse caput ecclesie.

Ecclesiam non rem aliquam esse corporalem.

Missam sacrificium non esse.

Fidem solam iustificare.

Opera nostra peccata esse, & neminem iustificare.

Omnes homines obnoxios esse peccato.

Nullum esse nobis arbitrium.

Omnia euenire à necessitate.

Legem abolitam esse.

Duo tantum Sacramenta esse.

Traditiones Papæ hereticas, & S C R I P T V

R I S aduersas esse.

Sectas esse perniciosas.

Sectas Monachorum ex diabolo esse. & huiusmodi
sexcenta, an non in hys totus cardo uertit rerum cbrī
stianarū? Quid ergo canillaris, ob paradoxa nescio

AD SPONGIAM.

quæ? Quare non libere dicis, ob nugas nescio quæ? quandoquidem tam nihil sunt apud te, de quibus affirmamus. Nam perinde hoc esset. Quid conficiemus ex inconstantissimis & lubricissimis Meandris illis, quibus ut serpens nunc hac, nunc illac sinuosis flexibus torques & gyras te.

ER. Quædam eius generis sunt, ut in utraq; partem possint disputari.

OT. De quibus modo diximus, non possunt in utramq; partem disputari. Nam solidum fundamentum Dei stat, quod est scriptura, contra quam neq; tu, neq; portæ inferorum, neq; satanas, neq; Papa, neq; angelus de cælo aliquid aliud potestis.

ER. Vtraq; pars sese alteri attemperet

OT. Non potest fieri, ut attemperent se, sicut nulla est cõuentio lucis ad tenebras, templi Dei cõ similitudine. Christi & Belial, Quæ conuentio Christi et Papæ: ecclesiæ Romanæ, & ecclesiæ catholicæ?

CONCLUSIO.

HVCVSQVE pro ueteri & extincto amico rationem reddidimus futili, obstreperæ, petulanti, et leuissimæ Spongiæ tuæ, non ad omnia quidem, sed ad ea quæ nobis erant cõpertiora. Cætera, quoniã aut talia sunt, quæ non magnopere offendunt lectorẽ prudentem, et piũ, aut huiusmodi sunt, quæ præter fucum et hypocrisim uerborum nihil habent, libenter dissimilamus. Diximus et pro Euangelio, et Euangeli-

h v.

RESPONSIO

licis uiris quædam, quæ etsi ad causam minime spe-
 ctabant, utcūq; tamen per occasionem inciderunt: &
 necessarium fuit, de hoc quoq; rationem reddere, ne
 uerbum Dei sineremus blasphemari per te. Imò si p-
 posthumio libello habere hunc uis, quo etiam mortu-
 remordeat Huttenus, nihil laboramus, tantum sine
 posthac manes ipsius conquiscere: cum uiuētibus cō-
 gredere, si prorsus sic decretum est pugnare. Quantū
 ad me spectat, non detrectabo pugnam tecum, amico-
 rum causa, dicoq; id, quod et Huttenus dixit, liberri-
 me. Si in ueritatis assertores, ac christianæ liberta-
 tis iudices scribendo inuecturus es, ac nos ultra tibi
 aduersarios deprecis, ego contra nihil animaduerso,
 siue factionis nomine, siue quod eloquentia impar ti-
 bi sum, sed rei habita ratione, quam persequeris, com-
 munem contra te causam tuebor: & quanto in nos
 acrior coortus fueris, tanto accipies intuenda causa
 alacriores. Et scribes tu quidem multa disertissime,
 nos uero nihil accurare excolentes, quod scriben-
 dum erit scriptura, uita, ac integritate pro-
 babimus. Coaceruabis ad te mul-
 titudinem Curtisanorum, &
 brachio carneo tyrāni
 tui firmabis te, no-
 biscū uero erit
 dñs Deus
 noster, qui auxiliator noster est, pugnatq; p nobis.

* * *

AD SPONGIAM.
ERASMO ROTERODAMO
PRESBYTERO, ET SCRIBAE
LEGIS DOCTORISS. OTHO
BRUNFELSIUS
S. D.

*

Succinctius praefatus sum tecum, de HVT/
TENICO negotio, quā uel res poscebat
īpā, uel defensionī meae expediebat, apud eos,
q̄ temere fortasse putabūt hoc muneris subijisse
se me: atq; hoc tametsi fieri oportebat in exordio, ta-
men à me consulto, factum non est. Primū, ut quam
paucissimis expedirem me. Deinde, quoniā nota erat
tragedia, et ut tantū hīs facerem satis, quos amici re-
ferebant, p̄ tuam Spongiam maiorem in modum of-
fensos fuisse. Postremo, ne protin⁹ impune putares,
licere mentiri tibi omnem mendacium, et cornua tibi
sumeres, quasi uiceris iam, quia ille fato sublat⁹ est,
qui bellum incepit. Quoniam tamen eo iudicio non
omnes sunt, & uel tu quoq; existimare possis, uel
animi quadā lenitate, uel uana gloria huc adductum
esse me, accipe breuiter à capite, qui factum est, quod
responderim, & quid in te desyderem.

Allata est mibi primū Nuenburgā Spongia tua,
dū adhuc uiueret Huttenus: atq; dici nō potest quam

RESPONSIO

me confecerit dolentiſſime, dum uidebam tam con-
 temptim & deridicule amicum mihi lacerari & rodi
 per te. Mox nunciatur & occubitus, eloquētis, & in-
 tegerrimi uiri, accreſcit indies dolor, & cœpit me non
 tam male habere optimi amici mors, quam tua ſtul-
 tiſſima Spongia: quod uidebam futurum, ut mentire
 riſ iam citra pudorem in hominem quicquid uelles.
 Venit itaq; in mentem, ut uices agerem. Parabā ſti-
 lum, & abſterrebat tamen eloquentia tua. Putabam
 enim fruſtra eſſe, laceſſere qui in tāta eſſet exiſtimā-
 tione apud Cardinales & Episcopos, ſi culex ſcilicet
 morderet elephantum. Abduco manum ab tabula,
 donabam iniuriam amici, qui iam uiuebat in pace, et
 orabat pro perſequentibus ſe: tamen ſi ſua tantum nō
 erat, ſed omnium bonorum uirorum, ſed Chriſti. Ne-
 q; enim Hutteni hoc negotium tātum agis, ſed uelut
 in cbaum cōfundis hic, quicquid uſquam potuiſti mē-
 daciorum corradere, quicquid uſquam erat ad inuidi-
 am Euangelij, & negotij Lutherani: ut cuius non po-
 teras cum ueritate obiecta refellere, hunc tuis obrue-
 res reboricis ironijs, aſſumptionibus, præſumptioni-
 nibus, ſuſpicionibus, diuinationibus, quibus præſtigijs
 nullum non fucum ſoles obtegere, nullam non uerita-
 tem obſcurare.

Interim ſecūdo editur per te, infelix et miſera Spō-
 gia, ut nō iā aſpergines abſtergeret, ſed contraberet
 & imbiberet quicquid ultimæ fecis et ſordium erat, quas

AD SPONGIAM

compressa effundat. Additur quæ banc uenum exponat, mordax, sicophantica, et uirulenta epistola. Editur & tertio apud Colonenses, nescio an tua opera, an illorum quibus iucunda sunt huiusmodi spectacula, ut uideat passim prostare infamia bonos, & Evangelicos uiros. Et ne adhuc quidem responsioni meo auditor, casu uenio ad amicos, urgent, obsecrant, adhortantur, appellant, num queam esse tam adamantino corde, & ferre iniuriam amici, tam de me bene meriti, & uelle se quidem multa, sed nemini magis cõpetere, imò & licere, eam prouinciam, quam mihi, quo hodie nemini melius perspectæ Huttenicæ res sunt, & hæc cum primis, quod inter te & ipsum geritur. Recuso officium, ex eadem causa, ut dixi. Interea nunciatur & Buscbium, uirum ex æquo doctum et integrum, ut est impietatis & iniusticiæ impietissimus, responsionem quidem meditari, sed partim negocia remorari, partim expectare, quod ego expectabam, id est, ut aliquis prodiret, qui Huttenum eloquentia æquaret. Vtrinq; agitur epistolis, et per nostros quidem, ne quod prorsus respondeat. Nam indignum esse respondere ad ea, quæ nemini non cõpertum est, præter merum quidem cõmentum nihil esse. Alioqui Lutherum ipsum, uel Melancthonem respõdisse olim iã. Nullam esse meliorem confusionem, quàm si nõ irritatus ipsemet prodederes quis esses. Id quod & pro cãdore tuo faciebas diligenter tu quoq; scribebas & tu amicis Argento

RESPONSIO

rati, & alibi, nescio quid anonymi libelli parari illic
in te, & ali isthic monstrum quod nō auderet in pub
licum procedere. Quāquam hoc certe non erat, nisi
forte somniabas futurum malū. Nam qui isthic sunt,
aut tales sunt qui audent in faciem fateri quod agūt,
aut nihil struūt in quāquam clanculariarū insidiarū.

Sub hec rursus uenio Basileā. Illic audio ab ami
co quodam, dixisse te in hæc uerba: & libèter credo,
nam perspectum est mihi ingenium uersipelle hoc. Si
quis inquis, respondebit, OTHO hoc faciet, &
nescio quod etiam scomma iaciens in eos, quibus nō
tanta animi leuitas est quā tibi. Quod tamen siue
est, uel non est, nihil magnopere laboro. Et tamen cū
tacite tum propbetares, ego ne adhuc quidem moue
bar ad respondendum. Tandem proprio quodam in
stinctu dum tantam audio ab amicis querelam de te,
lego Spongiam, ut expēderem tamen quid hoc esset.
Lego orationem suauem, blandam, eruditam & ele
gantem, sed plenam ueneno mortifero, & quæ haud
dubie simile quoq; pectus referebat: nempe uirulen
tum, asperum, arrogans, desultorium, & sanguinari
um, qualis enim uir talis & oratio. Lego etiā, quam
impie rethoricaris & ridicule de fide, de Scripturis,
deq; mysterijs, & sacris quæ hodie prima habemus,
nescio quem maximum ac summum nobis Pontifica
tum statuens, ex cuius scitis, decretis & præscriptis,
uiuendum nobis est, quam non hunc debeamus con

A D S P O N G I A M

remnere, tam reuerenter & gloriose, ut talem, & illorum hominum præconem decebat. Mox animum, qui prius deciderat in pedes resumpsi, & dici non potest, quam toto pectore cœpi stomachari tibi, quod tã frigide de Scrip. sentiebas, & in aduersariorũ castra pfugeras. Neq; amplius necesse fuit ab amicis calcar impungi mihi, sed zelus me exagitabat. Per-suadeo mihi, atq; mihi met animum baurio non esse rimendum bonam & æquam causam habenti. Non esse babendum per sonæ respectum, ubi non iam amici tantum lederentur, sed etiam DEVS, imò ob hoc non esse ferendam amici iniuriam, quoniam in CHRISTI ignominiam redundabat, Maiorẽ esse pietatem, quam eloquentiam, & nitere quidem apud homines pbalerata uerba, sed uincere tamen ueritatẽ apud pios & Christianos. Subide parũ quoq; esse ebristianum, si blasphemantẽ nõ redarguã. Arrepta itaq; charta, sub signo quæ mihi displicebat. Hactenus de causa quæ me cõmonuit ut scriberem.

Nunc audi, quo animi candore responderim. Tamet si enim p stulticia hac meruisses, ut aliter q; te tractaret, sicui oratio esset copiosa, uel ut tibi Spõgiõsa potius et ocitũ singula discutiẽdi, ita tñ aĩmum meum seruauit ut ab inuidia & affectibus, sic temperauit à conuicijs, ut nihil regererẽ, nisi quod cuius etiam crasso, ex Spongia tua colligi potest, oratio ne, ut uides simplicissima, ne eum libellum suspiceris,

RESPONSIO

qui ante menses aliquot paratus in te sit, uel ne in hęc fabulam trabas innocentes. Sunt quidem hic, q̄ possēt in te elaboratas orationes scribere, sed ea agunt quę magis frugi sunt, quā ut eloquentia certent tecum.

Erras igitur dupliciter, si ob gloriolam uenandam hoc muneris me subijisse posthac crimiaberis. Primū, quia talis non sum, qui possim tibi de eloquentia uel tantillum uēdicare. Deinde, si maxime uoluissē, qđ poteram, tamē aliō argumento. Alio qui quę me ageret infamia, in quęquam gladium stringere, qui de me nō fuisset ante meritis male, & alterius infamia famam tibi parare immortalem? Non sum tam excors, & sine iudicio, ut nesciā quā nihil sunt hęc fumi, quā sint omnium stultissimi, qui ad hoc tantum sudant, et ob hoc conijciunt in discrimina se, ut cōquirāt nomina & famam sibi, quę etiā parca, tam disperit cito. Et ego in primis stultissimus essem, qui pro gloria accerserem pœnitentiam, & infamiam tibi, si modo infamia est, pro defensione ueritatis male audire. Certus enim sum, id aliquando facies quod in calce epistolę tuę spondes: uidelicet, si prodiderit sese de quo suspicaris, quod sentiet quā non toto pectore oderis Huttenum. Quamq̄ in quem hęc dicta sint, haud satis sciam. Est itaq; aliud quod mouebat ad scribēdum, qđ glorię cupido. Hoc uero quid est, paulo dictū est ante. Et adeo pro hoc tibi non timeo, ut nisi palā clamaueris quędam, desierisq; p̄tinaciter adserere,

AD SPONGIAM.

aut ad palmodiam adigam te, aut feres, quod impie
 tatis te palam conuincam. Et falleris quidē q̄ longis
 sine, si Læicum uel Stunicanū hoc negocium putas,
 uel fungi simus Stunicani, aut stipites Nihil minus
 feremus de te, q̄ ut paleis tātū uerborū, sinamus im
 poni nobis: & utcunq; sis etiam acutissimus dispu
 tator, nisi hoc gladio ancipiti pugnaueris, qui est
 uerbum Dei, hunc plumbeum eloquentiæ tuæ pugi
 onem nihil metuimus. Neq; multa nobis ad hoc acri
 monia opus est, uel magnificis lenocinijs, gratiā ut
 nobis apud lectores pareamus: tantū nudam ipsam
 ueritatem, simplicibus, & ab s̄q; fūco uerbis, in lucē
 agemus. Satis iam iudicij optimo cuiq; est, de inge
 nio tuo quid debeat sentire: dum uas fre, inconstāter,
 & lubricè agis omnia, ut nihil sit hoc nobis necesse
 digito monstrare. cum nemo sit hodie quantuncunq;
 eloquens, qui possit sic te pensiculate pingere, q̄ ipm
 te tu pingis, uirum quidē doctissimum & eloquentis
 simum, sed leuem et arrogantem: qui ut apparet, uel
 frusto etiā panis queat ab recto & ab pposito dedu
 ci: & nullam causam tam malam esse, quam tu non
 possis pessimam facere, nullam tam desperatā, quā
 non possis tu optimam facere. Et erant certe, qui dñ
 bac scriberem admonebāt, uix negocio Euangelij ex
 pedire, si quædam tibi responderem atrocius, Nam
 non esse cōmouendam eam Camarinam, quæ excita
 ta tantum exbalat, effunditq; uenenū, nisi uelim mul



RESPONSIO

tos ab Euāgelio excidere, quos solertia tui ingenij possis in aliam uiam abducere. Et hij quoq; rationibus humanis nitebantur, timebantq; ubi prorsus nullus erat timor. Nā ut maxime posses (quod tamē nequaquam potes, sicut non rapit quisquā, quod semel Christo datum est à patre) quare uelles conari rem tā frivolum & inanem? Nō debemus exostulare tecū, cum tu de sumis hanc uirgulam tibi, ut non solum immeritos censeas, sed in optimum quemq;. Sat diu suspeximus te, & merebantur hoc literæ tuæ, quarū primus in Germania autor es, et maiora merebatur, q̄ multorum etiam, qui primæ notæ existimantur. Sed qui salutis autor eras, idem nunc uelis propinare uenenum, et mortis autor esse, hoc existimas nobis esse ferendū de te? Non ferimus. Quemadmodū enim qui propinaturi sunt uenenum, dulcibus, et incundis potioibus permiscet, ita tu primū quidem prestigium quoddā, faciebas nobis eloquētia tua, barbaros, feroces, & indomitos demulcebas, uiam ostendebas qua possemus non tam docti euadere, q̄ p̄ij. Sed cum hanc multos uideres terere, & quosdā esse qui in hoc negocio palmam præripiebāt tibi, siue arrogantia, siue muneribus, siue inuidia deuictus, corruptus & occæcatus sis, quod uolunt quidam, pro ueteri melle, uel cum melle uenenum instillas, ut scorpium in nouissimo aculeum infigis, quod nisi fecisses, nemo non in hanc diem tibi assurgeret, nemo non congratularetur, esse

A D S P O N G I A M

ferret, celebraret, suspiceretq; te. Dum uero ipse met
notam eloquētiæ indis tuæ, dum tuā ipsius gloriā ob-
scuras, q̄s obseruabit? Quis colet? Peccantē te in ani-
mam tuam, quis iustificabit? Et exhonorantem ani-
mam suam, quis honorificabit?

Ego quidem uehementissime doleo, huc deuenisse
res tuas, ut mihi minimo et indoctissimo cōgredien-
dum est tecum, et uellem non datā occasionē mihi, q̄
nulla animi æquitate potui recusare, uellē nō huc amē-
tiæ plapsum esse te, ut qui debebas nunc os esse Cbri-
sti, et uas electionis, quod deferret nomē Dei coram
filijs Israël, corā Regibus et Principibus, et omni
populo terræ, nunc patronus factus esses eorum, qui
secreto consilio tractauerūt pariter, et cōuenērunt ad-
uersus dñm, et aduersus Cbrm̄ eius. In cōfesso, est enī
ex tot hostibus Euangelij, neminē unq̄ plus obfuisse
Euangelio quam te, qui etsi in palam quidem nō im-
pugnabas, tamē cū miris et incōstātibus inuolucris,
et emblematis cōfundis omnia, dñi stude simul Pon-
tificatum stabilire et Euāgelium, nimirū triticū et
paleas, et cum tenebris lucē. Quid aliud agis, q̄ qd̄
in uniuersum subuertis, quicqd̄ antea iustaurabas, uin-
dicabas, euulgabas? Qua peste, qd̄ potest tñ Euange-
lio peius cōtingere? Cum hodie nulli rei minus conue-
niat, q̄ Cbrō et Papæ, Romæ et ecclesiæ Christi.
Dum addis etiā et hoc, qd̄ amarulētius agim⁹ quæ-
dam, et ne ipsi quidem pfecti simus. Et quidē lepide

R E S P O N S I O

hoc dicis, cum māfuetudie tractādum esse Euāgelii. Sed cum infirmis, cum ibecillibus in fide, cū hijs qui bus lacte opus est, & cibum solidū ferre nō possunt, nō cum pertinacib, ceruicosis, deploratis, desperatis, effrontibus, & induratis simis scribis & pbarisæis, q̄ habēt clauē sciētiæ, & tñ nolunt audire legē, q̄ obtinēt aures suas ne audiāt. Veluti qđ i Pōtificates et monachos stomachosius dicit quædā Luther⁹, Nihil crudele est, quoniā hoc poscit illorum duricia, malicia, et uecordia. Veluti qđ & ipse in te quoq; nunc liberior sum. Sic malo modo malus querēdus est cuneus. Qđ uero & nos peccatores accusas, non uideo qđ faciat ad rē, cum nemo possit uiuere absq; pctō. Magnū est q̄ pctā nostra nobis nō placēt, dabimus tñ operā, ne tales simus q̄les tu nos fingis. Hæc de rōne mea obiter, q̄p̄ cōsultius erat, si prorsus cōtempissem. Nā qđ debebā adblādiri, q̄ hoc merebaris hac sola Spōgia, ut sicut tuo ductu: primū didicerūt scribere Germani, ita nunc gregatim: et agminatim i pestiferū magistrum gladios exacuāt. Paruā enī rē esse putas, sic tergiuersari, et aio duplici esse, in utrisq; humeris, q̄ aiunt, gestare? Nō habet hoc Germanorum: neq; fides, neq; integritas, sed ne Cbristiana religio quidem.

Et de Hutteno quoq; non satis mirari possum in clementiam tuā, & illud uerē uirulencum pectus. quo ferunt te sic omnes bonos et claros, elanculario odio persequi Germanos. Nam ut in te quoq; acerbior sis

AD SPONGIAM.

erit Huttenus, hoc tamen interest, quod ille iuste, merito, pie & christiane irascitur tibi: tu peruerso, iniurioso & mendaciter calumniaris: & qui debebas culpam agnoscere, uel saltem Apologia testari, non aduersari Euangelio te, hoc protestaris. nihil uelle unquam esse commercij tibi cum ijs uiris, qui sub nomine Lutheri Euangelium complectuntur. forte, ut impleres mensuram Pontificis tui, cui seruis. Atq; huc spectat etiam & illud, quod ei negocio implicas etiam innocentes, ueluti illum non tam sanguine & caris, quam etiam uitae integritate, moribus & eloquentia clarissimum Henricum ab Eppendorff, equitem Germ. qui quoniam coniunctus homini fuit, eandem laudem ex te reportauit, similem Erasmicam gratiam, qua soles frequenter laudare aut pessimos, aut obscurare non nisi optimos. Et ille quoque haberet de quo posset expostulare, & crimine quodam aspergere te. Ego ob eam rem uolui clamare, & non suam causam agere, ne uel eum, uel quenquam faciam suspectum tibi, qui operam suam mihi locauerit.

Et ut semel finem faciam Epistolae, haec eousque a me dicta sint, ut posthac aut alias, aut pientiores Spongiae scribas. Nam haec ne amicissimis quoque placuit, & quod a quibusdam empta certatim et desiderata est, non hoc animo est empta, quam tantum ardebat, sed ut uiderent, quomodo elueres illam nunquam ne plaustris quidem Spongiarum diluendam, iniustam ab Hutteno non

RESPONSIO.

tā tibi, nisi resipiscas. Nam nullū erit remedium ali
 ud, nulla herba fullonum, quæ poterit mederi, Vt re
 sipiscas uero, oro te in uiscerib. Iesu Christi. Refer
 pedem, memento senectæ tuæ, memēto uocationis &
 gratiæ tibi collatæ coram tam multis testib. Nā ade
 modum turpe est, acceptis gratijs abuti in perniciem
 donantis. Abuteris uero, dum nō totis uirib. pugnas
 pro Euangelio, dū iuuas & confirmas aduersarios,
 dū suspendis animas multorum, quæ simulatione ad
 ductæ tua, interim neq; credunt, neq; saluæ fiunt. Po
 teris multo maiorē gloriam reportare hinc (si prsus
 sic esset decretum gloriari) q̄ ab hac falsa & simula
 ta amicitia hominū desperatorum, qui uolunt abuti
 eloquentia tua, ut in autoritate tua glorientur. Præ
 terea multo etiā dignior es, q̄ qui ihs debeas patrocī
 nari, quorū desperata sunt omnia. Age solum, nulla
 ignominia est, in re turpi obsequiū detrectare, nullū
 dedecus profugere, uel dissimulare ad tempus, si de
 nuo pugnaueris: & adeo non cogitabimus hostilia
 in te, ut non pudebit etiā recantare quicquid unq̄ cō
 missum est in te, uel hostiliter, uel probrose. Quod si
 autē in proposito perstiteris, malum malo adglome
 rans, ne nos quoq; cessabimus reclamare, et reniti in
 faciem tibi, nihil ueriti neq; tuā eloquentiā, neq; ma
 nificam illam apud Pontifices existimationem tuā.
 Et te quidē audiemus destomachantem, rbetoricā /
 tem, iacientē ampullas uerborū, ultro citroq; amicos

AD SPONGIAM.

*iaculantem, et Principum gratiam, ludentē & perio-
 cantem cum scripturis sanctis, nitentē con fracto ba-
 culo AEGYPTI, nihil non calumniarū regerentem, sus-
 sultientem muros Babylonis, & collapsam rem Romae instaurantē, triumphantē in currib. & in equis.*
 Nos uero in nomine domini dei nostri innocabim⁹,
 dabimusq; operam, ut q̄maxime uera & dicamus,
 & scribamus. (Nā uera & simplex est ueritatis ora-
 tio). Quin ut pseudopropbetā propbetantē in Baal,
 tamesi uerbis non adeo elegantib. tamen script. san-
 ctis exturbemus de castris. Neq; multum curabimus
 quantū nos grauabūt inuidia quidam, quantum sube-
 sannabit Curtisanica sex, quantum quoq; tu fabulā
 nos facies, et opprobrium, et caticum, et parabolam
 orbi, et omnīū qui non habent signaculum Verbi scri-
 ptum in frontib. eorum: sed hoc agemus, quod p̄ offi-
 cio nostro nobis incumbit, ut gloriam DEI nostri
 puram & illaenam seruemus. VALE.

ERRATA

*e. iij. fa. 1. lin. xij. ne. lege ut. fa. ij. li. v. piculis, li. xxij.
 in. e. vii. fa. 1. li. xxii. ? lege. piodum. fa. ij. li. ix. dele. uel
 f. v. fa. 1. li. 1. cōfundat. li. vj. quos. f. vj. fa. ij. li. xix. ex
 probrantē. f. vij. fa. ij. li. ij. ingrediētes. g. iij. fa. 1. li. 24.
 morē. g. v. fa. 1. li. xiiij. tollerātia. g. vj. fa. ij. li. x. uersari
 b. vii. fa. 1. li. xiii. bea cum primis, qd̄ inter te & ipm
 gerit, lege, & bea cum primis, qd̄ inter te & ipm ge-
 runtur. b. vi. fa. ij. li. 14. et iā orabat p̄ psequeūtib⁹ se
 lege, quā & ipse cōdonarat spm̄ reddens.*

* *
* *

Ego sum **D O M I N U S** redemptor tuus,
irrita faciens signa diuinorum, & bariolos in
furorem uertens, conuertens sapientes retror/
sum, & scientiam eorū stultam faciens, susci/
tans uerbum serui sui, & consilium nuncio/
rum suorum complens, *Esaie. xliiij.*



Stultus factus est omnis homo à scientia, *Iere. x*
Verbum autē Domini manet in æternum.

* *
* *






194 524

(X 221 0201)

AB. 154 524





B.I.G.

Farbkarte #13

VLRICHI AB HVTTEN
Cum Erasmo Roterodamo, presbytero, theologo,
 EXPOSTVLATIO
A priore deprauatione iudicata iam.

OTHONIS BRVNfelsii
*Pro Vlricho Huttano defuncto, ad
 Erasmi Roter. Spongiam,*
 RESPONSIo.



No 6565 *

